AD

CONCORDATA

NATIONIS GERMANICAE

INTEGRA

DOCUMENTORUM

FASCICULUS TERTIUS.

FRANCOFURTI ET LIPSIAE,
IMPENSIS TOBIAE GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAE UNIVERSITATIS
BAMBERGENSIS, 1777.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Digitized by Google

L. B.

Finem collectionis hujus conſecutus non ſiſto tantum ea ulterius documenta, quæ hiſtoriæ Concordatorum Nationis Germanicæ pragmatica ratione deliniandæ inſervire poſſunt, ſed & tum Concordata Principum Francofordienſia, tum quæ his innituntur, Aſchaffenburgenſium genuinam deſcriptionem ſecundum exemplar ex Archivo imperii deſumptum; quantum hæc præ reliquis ante habitis editionibus præſtet, judicabit æquus quisque. Accedunt & alia quædam documenta, ac Virorum celebrium Tractationes, quæ Con-

cor-

Digitized by Google

cordatis lucem accendunt non mediocrem. Vale Lector Benevole, & fave

Bambergæ die
4. Januar.
1777.

Bibliopolæ.

Digitized by Google

ELENCHUS DOCUMENTORUM.

I.

Theoderici Archiep. Mog. Proteſtatio contra Decretum Annatarum An. MCCCCXXXIX.

II.

Summa Dictorum Nicolai de Cauſa Francfordiae A. 1442. 21. Junii cum duobus diebus ſequentibus, contra olim Panormitanum & defenſores ſchiſmatis Baſileae facti.

III.

Reſponſio data Ambaſiatoribus Regis Romanorum & Principum Electorum Florentie per olim Eugenium Papam in Conſiſtorio ſecreto in die Conceptionis MCCCCXLII.

IV.

Concilium Baſilienſe ad Univerſitatem Erfordenſem.

V.

Digitized by Google

V.

Concilium Baſilienſe ad Univerſitatem Erfordenſem.

VI.

Bulla Eugenii IV. PP. qua Theoderico Archiep. Mag. ejusque ſucceſſoribus conceditur facultas declarandi decreta concilii Baſileenſis acceptata & ſuper iis dandi teſtimoniales.

VII.

Nova Unio Regis Romanorum cum Electoribus aliisque Principibus in Bonum Pacis Eccleſiæ & Imperii.

VIII.

Concordata Principum Francofordienſia.

IX.

In conventione Aſchaffenburgenſi varia Concluſa.

X.

Concordata Nationis Germanicæ per Papam Nicolaum & Fridericum Imp. 1448.

XI.

Digitized by Google

XI.

Bulla Sixti IV. PP. ſuper Electione Præpoſitorum Spirens.

XII.

Bulla Sixti IV. PP. ſuper libera Electione Præpoſiti majoris Eccleſiæ Spirenſis.

XIII.

Bulla Sixti IV. PP. ſuper libera Electione Decani & Scholaſtici majoris Eccleſiæ Spiren.

XIV.

D. Philippi Hedderich Minoritæ Conventualis Trevirenſis Diſſertatio ad Concordata Germaniæ. 1773.

XV.

P. Eliæ Van Der Schuren, Minoritæ Conventualis Trevirenſis Diſſertatio de jure conſecrandi Suffraganeos Metropolitis Germaniæ vindicato ex Concordatis Principum 1774.

XIV.

XVI.

Joannis Henrici Thiery J. U. L. Clerici Spirenſis Ss. Theol. Baccalaur. Diſſertatio de Libertate Eccleſiarum Germaniæ Concordatis vindicata.

XVII.

Georg. *Ludw. Bœhmeri D.* Rechtsgutachten *ad illuſtrationem Concordatorum §phi de cæteris vero &c.*

XVIII.

Anonymus in Diſſert. ad Concordata de alternativa menſium, ſive de reſervatione beneficiorum ex qualitate temporis vacantium juxta §phum de cæteris vero &c.

I. Theo-

Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

I.

Theoderici Archiep. Mog. Proteſtatio contra Decretum Annatarum An. MCCCCXXXIX.

In nomine Domini amen. anno a nativitate ejusdem Milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono Indictione ſecunda die vero viceſima quinta Menſis Martii *a*) hora ſecunda poſt meridiem vel quaſi Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Dñi ñri Domini *Eugenij* divina providentia Pape *quarti* anno nono Venerabilis ac egregius vir Dominus *heinricus Leubin*g legum Doctor & Licentiatus in decretis Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Dñi Theodorici Archiepiſcopi Maguntini procurator & eo nomine coram Reverendiſſimis in Chriſto Patribus & Dominis Dñis

a) Altera die, quae fuit XXVI. menſis Martii famoſiſſima ſynodi Decretorum acceptatio facta eſt.

Digitized by Google

Dñis *Ludvico* Patriarcha aquilegienſi & *Georgio* Epiſcopo Vicenſi ceterisque ſacri Baſilienſis Concilij legatis Nuntijs & oratoribus in Noſtrumque Notariorum ac teſtium infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus quandam papiri proteſtationis cedulam inferius de verbo ad verbum deſcriptam prelibatis Dominis legatis Nuntijs & oratoribus intimavit inſinuavit notificavit ac ad legendum tradidit aſſignavit & proteſtatus fuit nec non reſponſum ab eisdem Reverendiſſimis Dominis Legatis Nuntijs & oratoribus petijt ac omnia alia fecit quæ in eadem cedula plenius continentur. cujus cedule tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. Nos *Theodoricus* Dei gratia Sanctæ Moguntin. ſedis Archiepiſcopus Sacri Imperij per Germaniam Archicancellarius attendentes quod pridem per Reverendiſſimum Dominum *Ludvicum* Patriarcham Aquilegienſem Reverendosque Patres Dominos *Georgium* Vicenſem & *Joannem* Argenſem Epiſcopos ceterosque Venerabiles viros ſacri Baſilienſis Concilij Legatos Nuntios & Oratores pro parte ejusdem ſacri Concilij una cum Reverendiſſimis Colonienſi & Treverenſi Archi Epiſcopis nec non Reverendis Patribus Patavienſis & Auguſtenſis Eccleſiarum Epiſcopis ceterisque Jnvictiſſimi Domini Noſtri Romanorum Regis Ambaſſiatoribus Nuntijs & Oratoribus debita cum inſtantia requiſiti fuerimus quatenus decreta ejusdem ſacri Concilij pro reforma-

tione

tione Eccleſie Sanĉte Dei in Capite & in Membris edita cum ea qua decet reverentia acceptare, ipſaque per Dieceſin & provinciam noſtras debite obſervationi demandare curaremus Nos igitur ſuper hujusmodi requiſitione unacum provincie Noſtre Epiſcopis alijsque dioceſis Noſtre & ejusdem provincie Prelatis ac divini & humani Juris doctoribus & magiſtris matura deliberatione prehabita Ipſisque decretis & preſertim decreto de *annatis* *) ut prefertur editis diligentius recenſitis arbitrati ſumus prefatis Reverendiſſimo & reverendis patribus legatis nuntijs & oratoribus ſacri Concilij noſtro & totius dioceſis & Provincie Noſtre nominibus explicandum fore quod ex antiqua hactenus obſervata conſuetudine de cujus contrario hominum memoria non exiſtit pro neceſſitate & opportunitate rerum expediendarum Eccleſie Maguntin. bone memorie predeceſſores Noſtri & Nos de certis beneficijs pro tempore in noſtra dyoceſi vacantibus non tamen pro ſeu in confirmatione electionum admiſſione poſtulationum preſentationum proviſione collatione diſpoſitione electione poſtulatione preſentatione etiam a laicis factis Inſtitutione Inſtallatione ſeu inveſtitura hujusmodi beneficiorum fructus biennales **) poſt hu-

* Reditus unius omni ab eo qui recens in demortui Epiſcopi aut Abbatis locum ſuccedit exſolvi ſummo Pontifici ſolitus.

**) Modica redituum taxa elapſo a frugifera beneficii poſſeſſione biennio perſolvenda.

hujuſmodi collationes ſeu diſpoſitiones & poſtquam collecti fuerint hujuſmodi fructus recipi & exigi conſueverunt, reſervata tamen decenti portione reddituum pro ipſorum beneficiorum poſſeſſoribus quodque pariformiter ex ſimili obſervata conſuetudine in certis noſtre provincie dyoceſibus per ordinarios loci ſeu prelatos & eorum predeceſſores etiam in certis dignitatibus & beneficiis pro tempore vacantibus fructus annales ſeu unius anni poſtquam collecti fuerint de eisdem dignitatibus ſeu beneficiis non tamen pro ſeu in confirmatione electionum admiſſione poſtulationum preſentationum preſentatione collatione diſpoſitione electione poſtulatione preſentatione etiam a laicis factis Inſtitutione Inſtallatione ſeu inveſtitura hujuſmodi dignitatum ſeu beneficiorum ſed verius loco quartarum decimarum ex antiquo Jure Ordinarijs & Prelatis ejsdem debitarum exigi & recipi ſimiliter conſueverunt, reſervata tamen etiam decenti fructuum portione pro dignitatum ſeu beneficiorum hujuſmodi poſſeſſoribus ſintque alique eccleſie & beneficia in dioceſibus prefatis ex quibus dicti Ordinarij ſive Prelati quartam decimarum hodiernis temporibus ſingulis annis recipiunt, ſed tempore vacationis earundem fructus annales ab eisdem minime extorquere ſolent, ex quibus luculenter apparet quod fructus annales prefati loco quartarum decimarum

in

in alijs beneficiis ubi hodie hujusmodi quarte ſingulis annis non ſolvuntur ſucceſſerunt, cum igitur de mente ſacri Concilij fuiſſe non credimus neque per quempiam credendum ſit, per prefatum decretum de annatis dictum concilium antiqua Jura Eccleſijs & Ordinarijs ſeu Prelatis debita aufferre ſive abſtrahere aliquomodo voluiſſe ſed verius ut circa diſpoſitionem dignitatum & beneficiorum quorumcunque omnia munde & ſine labe criminis preſertim ſimoniace pravitatis fiant per predictum decretum de annatis ipſum ſacrum Concilium decreviſſe atque ſtatuiſſe nosque & ordinarios ac Prelatos provincie noſtre nec non noſtros & eorundem predeceſſores prefatos fructus biennales ſeu annales ut prefertur receptos & in futurum recipiendos ſentiamus juſte & Canonice recepiſſe & recipere potuiſſe atque inantea recipere & exigere licite poſſe Idcirco ne tempore ſuccedente in futurum circa prefatum decretum per quoſcunque noſtre dioceſis & provincie ſubjectos ſeu alios quoſcumque ambiguitatis ſcrupulum ſeu etiam contentiones & litium anfractus moveri ſeu ſuſcitari contingat; proteſtamur expreſſe noſtro & Ordinariorũ ac aliorum prelatorum dieceſis & totius provincie noſtrarum nominibus modo via Jure cauſa & forma quibus melius fieri poteſt & debet, quod per quamcumque acceptationem prefati decreti de annatis etiam ſimpliciter ut jacet per Nos aut Nobis ſubjectos factam

vel fiendam non intendimus aliquo modo a receptione & exactione prefatorum biennalium & annalium fructuum ut prefertur ſolvendorum recedere ſed antiquis Juribus & conſuetudinibus Noſtris litteris ut predicitur firmiter inherere rogantes nominibus quibus ſupra prelibatos Reverendiſſimos & reverendos Prēs Nuncios & Oratores ſacri Concilij ut in hujusmodi proteſtationem conſentire ipſamque gratificare & admittere dignentur, nec non apud ſacrum Concilium efficaciter promovere & cooperari velint, quatenus ipſum prefatos fructus, ut prefertur, ſolvendos & exigendos nunc ſub decreto de annatis comprehenſos ſeu prohibitos fuiſſe neque eſſe ſeu fore ſub bulla & patentibus litteris declaret, addicientes quod niſi ipſum ſacrum Concilium ſic ut prefertur declaraverit quod acceptationem prefati decreti de annatis etiam ſimpliciter ut jacet per nos aut comprovinciales noſtros factam vel fiendam ex tunc pro ut ex nunc, & ex nunc pro ut ex tunc in prejudicium prefatorum fructuum ut ſupra exigendorum & ſolvendorum pro non facta habere volumus, ſi vero ſacro ſancta Synodus Baſilienſis ut firmiter ſperamus auditis rationibus & motivis noſtris predictis declarationem prefatam ſub bullis & litteris ſuis patentibus ut prenotatur, fecerit, ex tunc pro ut ex nunc & ex nunc pro ut ex tunc nos hujusmodi noſtre proteſtationis nomini-

minibus quibus ſupra in eum caſum & eventum renunciamus atque ab ipſa expreſſe recedimus. Deinde anno die & Pontificatu quibus proxime premiſſis hora completorii vel quaſi in domo habitationis *Jacobi Wertheim* in Stuba ſuperiori domus ejusdem prefati Dñi legati Nuntij & Oratores deliberatione prehabita predicto Dño henrico Procuratori Procuratorio nomine proteſtanti ac ſibi ſuper proteſtationibus ſuis ut premittitur factis reſpondendo reſponderunt & ejusdem ſue reſponſionis cedulam inſcriptis dederunt & aſſignarunt cujus etiam tenor de verbo ad verbum inferius eſt inſertus, ſuper quibus omnibus & ſingulis premiſſis prenominati Reverendiſſimi Patres & Dñi nec non prefatus Magiſter *Henricus Leubing* procurator & eo nomine quo ſupra a nobis Notarijs ſubſcriptis unum vel plura publicum ſeu publica petijt inſtrumentum ſeu Inſtrumenta. Acta ſunt hec anno Indictione Menſis die hora pontificatu & loco predictis preſentibus ibidem Venerabilibus ac circumſpectis viris Dominis *Richardo de Cleen* Majoris & Magiſtro *Joanne de Lyſura* decretorum Doctore *beate Marie ad gradus* Maguntin. Eccleſiarum Canonicis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Tenor vero ſupradicte reſponſionis cedule ſequitur & eſt talis. Qua proteſtatione facta ſupradicti Dñi *Ludovicus* Patriarcha Aquilegienſis Georgius Vicenſis *Joannes* Argenſis Epi. *Joannes de Segobia* Archidiaconus de *villa*

 iuxo-

Digitized by Google

iuxoſa Thomas de Concellis Canonicus Attrebatenſis in Theologia Magiſtri *Joannes de Bachenſtein* ArchidiaconusZagrabienſis in decretis *Hugonis* Archidiaconus Metenſis in legibus Doctores *Joannes Paſſart*, Prior Trajecten. & *Nicolaus Aucupis* Prepoſitus Carnotenſis Oratores ſacri Concilij Baſilienſis reſponderunt ſub forma ſequenti quod ad ipſos non ſpectat prebere conſenſum predicte proteſtationi nec illam admittere, cum poteſtas eorum ad hoc minime ſe extendat, ad ſacrum enim Concilium pertinet declarare & interpretari hujusmodi decretum nihilominus quia non videt eisdem prima facie ſupradicta prout narrantur comprehendi ſub hujusmodi decreto offerunt ſeparatos dare omnem operam eis poſſibilem in ſacro Concilio Baſilienſi, ut vota & deſideria prefati reverendiſſimi Patris Dñi *Theodorici* Archi Epiſcopi Maguntini ſuum ſortiantur effectum requirentes Nos Notarios hanc reſponſionem in fine dicte proteſtationis inſeri & continuari & de hoc publicum confici Inſtrumentum.

(Sig. Not.) Et Ego hermannus *Butenweg* Clericus Paderburnenſis dioceſis publicus Imperiali autoritate Notarius quia ſupradictarum cedularum Intimationi Lectioni publicationi proteſtationi & reſponſioni omnibus alijs & ſingulis & premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur unacum prenominatis teſtibus preſens interſui, eaque ſic fieri

fieri vidi & audivi Ideoque preſens publicum Inſtrumentum per alium me alijs occupato Negotijs fideliter ſcriptum unacum Connotario meo ſubſcripto exinde confeci ſubſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

(Sig. Not.) Et ego *Jacobus hermanni* de Kramburga Clericus Aquilegienſis dieceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius quia ſupra inſertarum cedularum intimationi Lectioni publicationi proteſtationi & reſponſioni omnibusque alijs & ſingulis premiſſis dum ſic ut premittitur fierent & agerentur unacum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi Ideoque preſens publicum Inſtrumentum manu aliena fideliter ſcriptum unacum Connotario meo ſupra ſcripto exinde confeci ſubſcripſi publicavi & in hanc publicam formam redegi ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum.

Digitized by Google

II.

SummaDictorumNicolai deCuſaFrancfordiae A. 1442. 21. Junii cum duobus diebus ſequentibus, contra olim Panormitanum & defenſores ſciſmatis Baſileae facti.

Damnatis *Amediſtis* in magna ycumenica ſynodo cui S. D. N. *Eugenius* Papa Legitima ſucceſſione poſt mortem *Martini* Papæ ſancti *Petri* ſedem tenens, preſedit, non putabatur ipſos judicatos amplius audiri debere, prohibente hoc omni jure Eccleſiaſtico & Imperiali, maxime cum ipſi, qui os in cælum poſuerunt lingua eorum tranſeunte ſuper terram exemplo Calcedonenſis ſynodi audiri vetantur. *cap. in tantum* 109. *diſt.* 21. in tantum, ſic & ex eo, quia ſcisma fecerunt. *cauſ.* 23. *q.* 5. *c.* non vos. & ſuum intruſum defendere moliuntur. 3. q. 1. §. pater. his enim caſibus audientia denegatur; ut notat *gloſſa in Cap.* 101. *in nomine domini diſt.* 23. ſuper verbo: audiencia; quoniam nihil ſubſiſtentiæ aut coloris contra iſta enormia ſcelera varia adduci poſſe præſuppoſuerunt. Nec credebamus nos ſervuli Apoſtolicæ ſedis, illos, qui more eorum, qui recentia fundamenta imprimere ſatagunt, & verbis deceptorijs habundant, poſt tot conceſſas publicas & privatas audien-

Digitized by Google

diencias, in hac dieta, ubi Concluſio pollicita eſt, denuo audiri. ad repetitionemque ſepiſſime dictorum redeundum, credimus hanc ipſam omnium etiam fuiſſe ſententiam garrulatoribus finem datum. ſed poſtquam importuniſſima & inverecunda inſtantia eorum vicit clementiſſimum & invictiſſimum Regem noſtrum & glorioſiſſimos principes Electores, ut datis deputatis, coram quibus iterum & finaliter, quod vellent, dicerent, ad hoc deventum eſt, ut vos Reverendi Patres & magnifici & venerabiles Domini ad hoc deputati eos triduo audiretis, demum præter propoſitum, ne gloriarentur ex taciturnitate noſtra, juſticiam Eccleſiæ per orbem diſperſæ non poſſe oſtendi, in ſimplicitate ſermonis veritate rei geſtæ atque pene omnibus notiſſime pari triduo etiam lectis publicis documentis adeo Dei gratia me oſtendiſſe gaudeo, utpreſumptuoſiſſima injuſticia eorum, qui Xti Eccleſiam in partes ſcindere moliuntur, omnibus dominationibus veſtris patefacta ſit. Verum quia in fine viſi eſtis memoriale in ſcriptis deſiderare de his auditis, pro ſubſidio faciendæ relationis, quamvis nihil putem omnium, prudentiſſimas dominationes veſtras latere poſſe, de omnibus per me enarratis, cum nihil alienum aut incognitum adduxerim, hic nunc parco, iſta ſuccinctiſſime annotando, quæ memoria adminiſtrat, non iſta offerens, quaſi Eccleſia per orbem diſperſa, aut ſancta Romana Eccleſia vel ycumenica ſynodus opus habeat de-

defenſore alio, quam ſua auctoritate, aut quod hoc onus mihi creditum quisque putet, inter eos infinities doctiores peritioresque ſancte Eccleſie filios, ſolum pro modulo meo hoc oſtendere cupiens, quod tam parvi momenti ſunt *Amediſtarum* fundamenta, ut vir parvus ingenio & pericia facile omnia comminuat, altiora & ſubtiliora majoribus remittens.

Incipio igitur ſub influentia Xti Capitis Eccleſiam ſuam defenſurus; & dico, recepto per univerſam Eccleſiam Sanctiſſimo Domino noſtro Eugenio pro unico indubitato pontifice poſt plures annos Regiminis ejus, quidam pauci *Baſilee* reſidentes *Amedeum* Sabaudie tunc ducem, antipapam erexerunt, hos ſcismaticos a jure & homine anatematizatos, mandat Apoſtolica ſedes per hanc inclitam nacionem vitari, ſed alie Xtiane naciones illis communionem ſubtraxerunt, omnibus illis non obſtantibus, quæ per eos allegantur; nam ſermo eorum fumus eſt caligine plenus oculos ſtolidorum obtenebrans nihil habens de veritatis ſubſiſtentia; ſi enim ſpiritum Xti qui veritas eſt, haberent, ejus Corpus, quod eſt Eccleſia non tanto opere dilaniare ſtuderent *q. 1. ubi ſana Cauſ.* 24. *q.* 1. *c.* 129. & C. *Hereticus.* Xtus enim in eorum cordibus habitare non poteſt, qui ſe a corporis Xti compage abrumpunt. *eadem caus. & q. c. audivimus. cauſ.* 24. *q.* 1. *c.* 104. erat enim uni-

unitas Eccleſie ex capite *Eugenio* & membris fidelibus compaginata, & ibi poſt connexam & undique conjunctam Eccleſie unitatem alium Novatianum erigentes execrandum ſcisma fecerunt 7. *q.* 1. *Cauſ.* 7. *q.* 1. *c.* 106. Novatianus. ubi de hoc. 24. *q.* 1. *didicimus Cauſ.* 24. *q.* 1. *c.* 131. hoc ſolum ſufficit, omnibus eorum fabulacionibus ſatisfaciens, ſcisma enim nullam habet defenſionem, cum nulla ſit dabilis cauſa ad ſcisma neceſſitans, ut optime deducit S. Auguſtinus contra *Parmenianum*, eo ipſo enim quod ſcisma fecerunt, ſe ipſos impios injuſtos atque dampnatos eſſe oſtenderunt. 23. *Q.* 5. *ſi vos Cauſ.* 23. *Q.* 5. & hæc eſt prohibitionis cauſa, cur ſcismatici audiri non debeant, cum cauſam habere nequeant excuſantem, habet enim ſcisma intra ſe anathema inexcuſabile. ſed quoniam *Amediſte* quodam caliginoſo fumo defenſionis utuntur, dicentes ſe Concilium univerſale fuiſſe, Eccleſiam repreſentaſſe, & cum authoritate plena conciliari ab ipſis Dominum noſtrum depoſitum eſſe, & Amedeum electum, oſtendam hæc omnia a veritate aliena.

Primo quidem patefaciam, dudum omnem authoritatem Conciliarem deſiiſſe *Baſileæ* ob Concilii translationem aut ſecundum ordinationem olim Baſileenſis Concilii, aut conventum Patrum in *Ferraria* animo ycumenicum Concilium celebrandi, aut per receſſum præſidentum & aliorum de *Baſilea*, aut per

per Græcorum unionem aut translationem per Dominum noſtrum factam. 2do loco ſubjiciam etiamſi hoc non obſtaret, proceſſum contra dominum noſtrum nequaquam fuiſſe ſynodicum, primo quidem ipſum arrogantem oſtendam & præſumptuoſum, cum nondum ſit per univerſam Eccleſiam admiſſum contra unicum Pontificem Romanum talem fieri poſſe. 2do etſi fieri poſſet, non erat ille legitimus & ſynodicus, ſolvendo objectionem de hæreſi. 3o contra eligentes Amedeum atque de inhabilitate electi & nullitate pauca adjiciam, in omnibus plane & ſuccincte progredi curabo. premittam autem ſummarium Caſum rerum geſtarum, ex quo omnia, quæ intendo, apparebunt, parvam quandam juſtificationem petitionis Sanctiſſimi Domini innectendo, ut ſic ordinatius cetera attingam.

Sanctiſſimus Dnus noſter, dum eſſet in minoribus reductionem Orientalis Eccleſiæ diligenter ſollicitans, demum ad *Petri* Cathedram ſuperna diſpoſitione perveniens ex Apoſtolico officio ſibi nunc hanc curam commiſſam conſiderans talem egit diligentiam, ut concluſio capta eſſet de mittendo Apoſtolico Legato Conſtantinopolim cum neceſſariis perſonis pro felici & facili conſumatione unionis Eccleſiarum Dei, ſed eo noſtro Pontifice inſcio per Patres, qui Baſileæ Concilii cauſa convenerant, cum Grecis alii tractatus initi ſunt. Anno enim domini MCCCCXXXVIII ſeptimo jdus Septembris in Concilio Baſileen-

ſi

ſi cum oratoribus Græcorum de unione eorum actum eſt, qui, cum eam extra ycumenicam ſynodum fieri non poſſe dixiſſent, fuit diutius tractatum, ut in Baſileam pro loco conſentirent, & quia obſtantibus inſtructionibus hoc facere non poterant, judicavit Concilium, non expedire, quod propter locum tantum bonum negligeretur, ſed obligavit ſe per juramentum nomine Concilii per apoſtolicum legatum & preſidentem prefatum ſolempniter, ad faciendum Concilium ycumenicum in *Calabria*, *Ancona* vel alio loco maritimo, aut ut in *Bononia*, *Mediolano* vel alio loco in Italia, extra Italiam in *Buda* in Ungaria aut in *Wyenna* in Auſtria, & ad ultimum in *Sabaudia*; ſic quod illud ycumenicum Concilium in uno ex locis præfatis per Concilium eligendo, fiat, ac quod oratores mittendi pro Græcis adducant quatuor galeas & tricentos Baliſtarios pro cuſtodia civitatis Conſtantinopolitanæ, & nominent Imperatori Grecorum locum unum ex nominatis ad oblationem ſalvi Conductus loci & civitatis; ſimiliter & portum, ad quem ultimo debebit applicare, ad quem dum pervenerit, Concilium Baſileenſe infra menſem ad nominatum locum ſe transferret, accedente in omnibus expreſſo conſenſu romani pontificis, qui etiam per ſe vel ſuos ad hoc conſtitutos cum aliis Patriarchis & Epiſcopis, qui ſimiliter ibi eſſe debent vere vel repreſentative hoc Concilium ycumenicum celebrabit. Veniente igitur

tur tempore electionis Loci in Concilio magnus numerus, qui tunc ſtudioſe pro factione hujus rei noviter ex coactione adverſariorum Dni Noſtri advenerat, ad hunc actum de perſonis infimis & ad res ſynodicas tractandas ineptiſſimis; intimabatur potius ad Avinionem, quæ civitas etiam pecunias obtulit neceſſarias mutuare, addiderunt autem illi Baſileam jam a Grecis refutatam, & quia Avinio non fuit nominata addiderunt & Sabaudiam. hæc autem duo loca (additum in MS. *Baſileam* & *Sabaudiam*) ob fraudem adjunxerunt, ut poſtea compertum eſt, preſidentes apoſtolici & alii plures miſteria intelligentes reſtiterunt. Avinionenſes etiam petiverunt pro ſecuritate ſuarum pecuniarum exponendarum decretationem loci & portus & decime imponende membris reſiſtentibus ne hoc fieret, & finaliter quidam domini pro Concordia Patrum conceperunt unum Aviſamentum, continens, quod Ambaſiatores in Conſtantinopolim ituri de Baſilea verſus Avinionem pergerent, ac quod avinionem infra XXX dies poſt receſſum ipſorum deberent contentare Capitaneum Galearum de 30800 florenis, & reſiduum usque ad ſummam 70000 florenorum exſolverent ipſis Ambaſiatoribus realiter in pecunia numerata, de quibus omnibus infra XII dies poſt predictos XXX certificari deberet ipſum Concilium per literas Ambaſiatorum predictorum; alioquin ex tunc poſſet & teneretur Concilium procede-

re

re ad electionem alterius Loci & aliunde univerſali eccleſiæ providere. Hoc aviſamentum fuit Concluſum per deputationem & Congregationem generalem, oratores Avinionem perexerunt cum Bullis & inſtructionibus Dominis preſidentibus & eis adherentibus ignaris, inter cetera habentes poteſtatem portum nominandi, ſicut eis videretur, unde cum *Avenionem* veniſſent, & Avenionenſes multum dubitarent, an Greci ad eos venturi eſſent propter contradictionem, quam audierant Baſileæ factam, hoc argumento ſeducebantur, quod dicebatur ipſis, Sabaudiam nominatam, quam Greci refutare non poſſent, eſſeque in poteſtate ipſorum Oratorum, portum ultimum nominare, & per hanc poteſtatem Grecos *Avinionem* conducerent, quia eos ad portum propinquum circa Avinionem, ſcilicet aquas mortuas conducerent, & quando ita ad *Avenionem* fatigati Greci pervenirent, non inſtarent plus fatigari & ad Sabaudiam vehi, maxime cum in Sabaudia nulla civitas ſpecialiter nominata aut ad hoc accommodata eſſet, quam preponerent *Avenioni* cum incommodo itineris & fatige, unde ipſi oratores de non nominando alium portum ſe per juramentum & alias ſolempniter Avenionenſibus aſtrinxerunt, ſed ad hæc non omninó ſecuri pecuniam infra ſtatutum terminum non exburſarunt, imo lapſo termino, ut prius inſtabant pro decretatione Loci & decime, & portus, fraus hæc

de portu occulte tenebatur, quia dabat pars illa Almanis ad intelligendum, quomodo cum pecuniis Avinionenſibus Concilium ycumenicum finaliter *Baſileæ* conſtitueretur. hæc quidem fraudulenter dicebant ut ſic Almanos ad favores allicerent; dum igitur hæc ſic *Avinione* agerentur, ſupervenit ex Grecia orator Imperatoris Joannes Diſſipatus in Generali congregatione, proteſtantem, nullum Grecorum per mare Siculum ſeu Tyrenum venturum, cum ipſis enim bona fide actum eſſet, ſed illud mare tale foret, quod Imperator & Patriarcha & alii ſenes prelati ſine periculo vitæ per illud duci non poſſent, nec unquam in hoc conſenſiſſent neque conſentirent, neque *Avinionem* approbaſſent, ſed refutaſſent, proteſtando, quod per hanc viam negotium unionis deſtrueretur, expreſſe proteſtentur, fides eis data & jurata non ſervaretur. & multa contra hoc dixit. Videntes igitur Domini preſidentes, negotium illud penitus in fumum ire cum ignominia Eccleſie noſtre, niſi ad aliam electionem procederetur, propoſuerunt in generali Congregatione juxta concordata in Concilio, quia Avinionenſes infra terminum non ſatisfeciſſent, ad alterius loci electionem procedendum eſſe, nam electio illa, etiamſi Avinio eligibilis fuiſſet per ordinacionem Concilii Avinionenſibus intimata, caſſa & irrita facta eſſet per fluxum temporis, ita quod opus foret alia electione, exhortando, ut illa fieret, de loco Grecis

Grecis grato, & rebus gerendis accomodo, poſt hanc exhortationem aliquoties repetitam demum de XII ſecundum Concilii formam aviſarunt, juxta exhortacionem illam negotiis Græcorum providendum eſſe, atque ita ſtatuto die in deputationibus ad alterius loci electionem deventum eſt, eiligentibus quidem Dominis Preſidentibus & aliis nonnullis Regum & principum Oratoribus & viris graviſſimis & tribus preſidentibus trium deputationum electionem concludentibus, aliis multis Dominis deputationibus intereſſentibus & non eligentibus ſed vota dantibus pro petitione Avinionenſium ſcilicet decretatione loci & decime &c. — Interpoſuit ſe Germanica natio & cives Baſilienſes & XII fuerunt media oblata & aliqua ex illis, per olim Archi Epiſcopum Panormitanum, qui favere tamen videbatur parti quæ eligebat Avinionem, licet ipſe palam allegaſſet, ſolempniter ipſam non eſſe eligibilem tanquam non nominatam nec comprehenſam in decreto conventionali, omnia media per Preſidentes & eis adherentes admiſſa fuerunt, cum una exuberantiſſima adjectione, quod omnis modus excogitabilis placeret pro deſiderio alterius partis, ſic quod negotium Grecorum non perderetur cum ignominia & infamia Eccleſiæ & promiſſorum ejus; ſed quia pars alia Concordiam noluit, ita ut mala intentio ducum illius multitudinis facile intelligeretur, honor Dei & Eccleſiæ unitas & promiſſio bo-

 nos

nos artabat, ne cederetur, quare cum illa pars olim Arelatenſis ad decretationem feſtinaret, opus erat, ne veritas occumberet, quod ipſi Domini Preſidentes pariformiter agerent, decreta eſt igitur electio *Utini* & *Florencie*, aut alterius Loci ex nominatis grati Romano pont: ac Grecis, qui prius neceſſaria paraverunt, miſſum eſt hoc decretum ad S. D. N. qui audito proceſſu inſtante oratore Grecorum communicato Concilio dominorum Cardinalium & prelatorum, qui in majori numero etiam ex Baſileæ quondam incorporatis, in curia tunc erant, quam Baſileæ, ſolempniter gratam habuit ipſam electionem, & eam in publico Conſiſtorio confirmavit, atque ad exequendam eam, ut caput Eccleſiæ & Concilii cum his, qui decretum illud ſanctitati ſue preſentarunt, oratores Conſtantinopolim miſit. Qui dum aliquandiu in ea Civitate Conſtantinopolitana fuiſſent, ex Avinione galeas veniſſe audierunt, ſine tamen Baliſtariis, unde ne ob hoc Greci retraherentur a veniendo, dabant ipſi oratores S. D. Noſtri & partis ſue ad hoc ſpeciale mandatum habentes, Grecis poteſtatem, cum illis galeis Avinionem veniendi, aut per alium omnem modum eis gratum, ſic tamen, quod omnino ad aliquam quamcunque civitatem Eccleſiæ occidentalis, venire non recuſarent, practicavit Imperator Grecorum aliquibus diebus cum illis, & quia non poterant ad aliam viam conſentire, quam quod per mare Ty-

Tyrenum ad aquas mortuas deſcenderent in ultimum portum, ad quod Greci induci non poterant, redierunt ipſi vacui, Grecis Ferrariam venientibus, intimacione facta omnibus, quæ etiam ad noticiam Baſileæ remanentium pervenit, ex ultimo portu Veneciarum de eorum adventu, venit igitur Dominus Julianus Cardinalis, legatus Apoſtolicus, primus & ultimus qui Baſileæ auctoritate apoſtolica preſedit, & cum eo ex incorporatis prelatis Baſileæ multi viri doctiſſimi ad Civitatem Ferrarienſem, ita ut in fundacione illius ycumenici Concilii in prima ſeſſione plusquam in duplo plures prelati etiam ex olim Baſileæ incorporatis cum capite Eccleſie & Concilii, quam Baſilee remanſerint, reperti ſunt. Verum quia olim Arelatenſis & ſui in fine, ut S. D. noſtrum etiam apud Grecos diffamarent, ad impediendum eorum adventum audito, quod ſanctitas ſua confirmaſſet electionem partis preſidentium quoddam injurioſiſſimum monitorium de facto decreverunt contra ſanctitatem ſuam, & hujus Copiam Oratores eorum Conſtantinopolim attulerunt. Reſtiterunt preſidentes Apoſtolici, atque alii graviſſimi Domini, etiam ſancte memorie Dn. Imperator Sigismundus atque alii Principes, ne tantum ſcandalum ſcisma reſuſcitaret, & quia furori eorum, quem in multis oſtenderunt, obviari nulla parte aut ratione potuit, S. D. noſter admonitus per Reverendiſſimos Dnos Cardinales & alios

prelatos, ut ipſis furioſis gladium de manu tolleret, in cujus confidentia hoc attemptabat, ſcilicet authoritatem Concilii ab ipſis demeret, in finem ne ſcisma fieret, ac ne unio Grecorum impediretur, Concilium etiam ante Grecorum adventum tranſtulit, cum conditione, ſi non deſiderent ab illis preſumptuoſiſſimis ſcandalis, adducens in quo etiam ſic translato, talia authore Deo proponere & agere intendimus, ex quibus noſtram innocentiam orbis totus agnoſcere poterit &c. & quoniam illi ad ceſſandum & impetum refrenandum nulla prece principum induci poterant imo magis intellecto Grecorum adventu ad Italiam inardeſcebant, hinc S. D. noſter congregatis non paucis prelatis Ferrarie preſidente Dno Cardinale S. Crucis cognoſci fecit, an apud Baſileæ reſidentes & talia in fidei prejudicium & ſcismatis fomentum attemptantes Concilii maneret autoritas vel non. tunc Concilium legitime translatum fore de *Baſilea* ad Ferrariam communi omnium ſententia definitum eſt, ac quod perlapſum termini ad hoc ſtatuti Concilium eſſet legitime Ferrariæ ſtabilitum, poſt hoc illi, qui in Baſilea erant, his omnibus non obſtantibus poſtquam ad oras Italiæ Grecos adventaſſe ſenſerant, D. N. Sanctiſſimum, niſi ſunt diabolica preſumptione ab omni adminiſtratione ſuſpendere & ſibi ipſam papalem adminiſtrationem ſub privationis pena vendicare, citando omnes Cardinales & alios, ut ad Baſileam concurrant, percipiendo omnibus

bus prelatis & principibus, ne eidem domino noſtro pareant, aut obediant. Inchoata eſt autem feliciſſima ſancta ycumenica ſynodus, ſathanicis illis impedimentis non obſtantibus, ſecundum ordinacionem olim Baſilienſis Concilii, & de reductione Grecorum diligentia facta eſt, qualis in tali arduiſſima materia fieri debuit, ita, quod dei dono immenſo Orientalis Eccleſia ad fidem racione Eccleſiæ cum pace conducta eſt, ut nunc una ſit racione orientalis Eccleſiæ, atque Conſtantinone imo Armenorum Hyberorum Afrorum Jacobinorum atque Indorum fides, illi vero, qui Baſileæ remanſerunt in profundum malorum continue plus ruentes, bono unitatis invidentes ad horrendum ſcisma ſua ſponte properarunt, contradiccntibus omnibus nacionibus & prelatis, regum & Principum oratoribus, de contrario in faciem eorum proteſtantibus, cum his pene omnibus & multo majori parte prelatorum, qui tunc Baſileæ erant concurrentibus, & de congregationibus ſe abſentantibus, ita, quod inter omnes Cardinales Archi Epiſcopos & Epiſcopos qui tunc Baſileæ erant, qui ad numerum XXX minus quam decem paſſionatiſſimi Emuli, quorum vix quatuor alium quam nudum uſurpatum titulum habebant, niſi ſunt Dnum Noſtrum deponere, & univerſam per orbem diſperſam eccleſiam ſcandaliſare, inter eos autem, qui huic nepharie factioni ſe oppoſuerunt, poſt Cardinalem Taraconenſem, Archi Epiſcopum

 Me-

Mediolanenſem & alios maximos viros fuit ille olim Panormitanus, qui ſingulariter & in ſcriptis de injuſticia proteſtatus eſt, ingratiſſimus vir, & tot Juramentorum apoſtolice ſedi preſtitorum ſue doctrine & proteſtationum immemor partem ſcismaticam aſſumpſit, nunc hic pro defenſione Capelli pſeudo Cardinalatus ſui cum ignominia militans. poſuerunt autem in pretenſa ſententia Dominum noſtrum hereticum eſſe, ex eo quod Concilium tranſtulit Ferraream, licet neque ſuper hæreſi citatus eſſet, neque ante citacionem etiam tranſtuliſſet, ſibi Amedeum olim ducem Sabaudie in caput preficiens, novam rem ex Laico aliquem ad monarchiam eccleſie velle erigere, Eccleſia per orbem diffuſa diſſentiente imo anathematizante, nihilominus etiam omnes cujuscunque dignitatis eccleſiaſtice ſeu ſecularis ac univerſitates, honoribus privantes & anathematizantes, tanquam hereſis & ſcismatis fautores, qui domino noſtro depoſt favores in pontificatu preſtarent. Sed Deus qui non ſinit veritatem opprimi, Eccleſiam ſuam per orbem diſperſam, cui inſpiravit, ut Baſileenſibus contradiceret conſervavit absque ſcismate, ita ut omnes naciones usque in iſtam, hanc Baſilienſium factionem tanquam preſumptuoſiſſimam dampnaret. in hac autem natione, in qua propter dubium translationis tempore electionis bone memorie Regis *Alberti* delibera-

beratio ad tempus capta fuit, cum proteſtationibus, bonis reſpectibus, maxime ne interim aut electio illa Regis Alberti cavillaretur, aut natio Germanica ſcinderetur; nunc agitur de concluſione illius deliberacionis & declaracione obedienciæ, cum continuam perniciem pariat, unde S.us D.nus N. ſereniſſimum Roman. Regem noſtrum & Reverendiſſimos Patres & illuſtriſſimos principes electores exhortatur, ut tollant de medio animorum ſuſpenſionem, & in obedientia in qua erant, quoad apoſtolicam ſedem & ſanctitatem ſuam, ut decet, conſtantes fideles principes ſe remanere declarent, his non obſtantibus, quae Baſileæ preſumpta ſuut. Quod autem neceſſarium ſit, pro Dei honore, ſalute animarum, ecclefie unitate ac Inclite hujus nacionis honoris conſervatione declarationem absque pertractatione taliter fieri, ex hoc manifeſtiſſimum eſt, quia cum obedientia ſit de neceſſitate ſalutis, quo-ad Apoſtolicam ſedem & Rom. Pontificem. diſt 81. Can. ſi qui presbyteri. de Major. & obedient. Solite & in extravagante Unam Sanctam. §. porro cum ſi. tunc cum principes noſtri Germani cum aliis orbis Regibus, ea, quæ Baſileæ contra dominum noſtrum acta ſunt, tanquam ſcandaloſa & ſcismatica juſte non receperunt, non poſſunt ex eo; contra quod proteſtati ſunt, cum aliquo honore, occaſionem non obediendi recipere, imo ſi ſuarum proteſta-

tionum immemores eſſe vellent, tunc adhuc attento, quod pene univerſa Xtianitas, illis quæ Baſileæ acta ſunt, non obſtantibus, dominum noſtrum Eugenium pro indubitato Papa colit, non poſſunt dicere non eſſe dubium an Baſilienſes rite proceſſerunt ſed in dubio nequaquam qui fuit indubitatius deſerendus eſt. *cauſa* 8. *q.* 4. *nonne.* & eſt conciliariter diffinitum 17. *d.* §. huic etiam quod recedentes ob dubium ab obedientia ſciſma faciunt, ubi conjuncto § Item *Simachus II. Q.7.* — item cum Balaham & gloſſa caſus eſſe videtur, probatur idem *Cauſ.* 24. *q.* 1. *C. Sciſma,* ubi de hoc, hinc concluditur petitionem Domini noſtri non ſolum eſſe juſtam & honeſtam ſed & neceſſariam, deteſtandosque eſſe Amediſtas, quoniam omnis Catholicus ſecurus eam partem deteſtatur, cui Eccleſiam Univerſalem Apoſtolicis ſedibus roboratam non communicare cognoſcit. ſunt verba S. Auguſtini poſita in C. allegato communicare enim illas eſt Eccleſiam deſtruere, ut optime S. Petrus Clementem inſtruxit. Cauſ. 11 q. 3. c. Si inimicus. dudum autem ceſſaſſe dubium, propter quod ſuſpenſio animorum facta fuit, manifeſtum eſt, nam dubitabant Dni principes, an Baſileæ eſſet Concilium, obſtante translatione, que eis per Dominum Epiſcopum Urbinatenſem fuit ex tunc *Francfordie* inſinuata, ſi enim Concilium Baſileenſe pro indubitato habuiſſent, quomodo fuiſſet juſtum proteſtari de non obediendo eidem, ſi autem translatio

tio certa fuiſſet, non minus injuſtum fuiſſet de non obediendo mandatis Dni Pape proteſtari, cauſa igitur proteſtationis fuit ambiguitas translationis. Sed quando poſt hoc Baſileenſes ac univerſa Eccleſia per orbem diſperſa ac a noſtris Principibus de contrario proteſtantibus & a capite Eccleſie Romano Pontifice ſe ſcismatice ſepararunt Amedeum ducem in caput ſibi præficiendo, ceſſavit dubium, an Baſileæ ſit Concilium apud Principes noſtros & univerſam Eccleſiam, qui Amedeum non recepit una enim Eccleſia non habet niſi unum paſtorem. VII. q. 1. non autem. in gloſſa. & Eccleſia eſt grex paſtori unitus. ibidem. in C. *Cauſ.* 7. *Q.* 1. *c. ſcire debes.* quare illi nec eccleſia nec concilium eſſe potuerunt. *XXIV. Q.* 1. *didicimus. & Q. III. Clericus & C. cum quibus.* ceſſare igitur debuit proteſtatio ab eo tempore circa. ſed quod hoc per Dominos principes hucusque declarari non potuit, quod eis oportunitas conveniendi cum ſereniſſimo Rege noſtro data non fuit, excuſati habiti ſunt apud S. Dnũm. N. nunc autem omnis occaſio retardationis finem cepit. hinc id fieri *Supplicatur.* quod ſtatuta dies promittit. Quamvis hoc ſolum ſufficeret propoſito noſtro, maxime quando juſtitiam Amediſtarum fructus eorum pandunt, qui poſt promiſſionem Augmenti fidei pacis & reformationis, in turpiſſimam Eccleſie diviſionem ruentes his omnibus ſacris promiſſis amplius Sathanice invidentes, ut caſus habet, ſe Spiritum

Do-

Domini caritatis & unitatis perdidiſſe opere manifeſtarunt, ut dicit textus. 24. *Q.* 1. *ubi ſana. C. heretici. C. audivimus. & C. ſcisma.* ubi oſtenditur ſciſſuram procurrantes Spiritum Xti non habere cujus corpus dilaniant. 23. *de Liguribus.* cum ſimilibus. & ipſum Spiritum Sanctum in ycumenica Synodo cum Dno noſtro fuiſſe quia tam admirabilem unitatibus fructum operatus eſt, quomodo nullum fuit Concilium Baſileæ tamdiu, ſed ordinatione Concilii translatum, tamen ad hoc ut garrulationibus eorum ſufficientiſſime videatur ſatisfactum, dico, quod Romanus pontifex, ſi judicari poſſet, a Concilio Univerſali tantum hoc poſſibile eſt. 2. *q.* 7. *ſicut inquit in gloſſa.* 5. *q.* 4. *nullus epiſcopus.* Sed nullum fuit univerſale Concilium Baſilienſe, tempore quo Amediſtæ Sanctiſſimum Dnum noſtrum niſi ſunt deponere, quia fuit translatum ſecundum ordinacionem Concilii ad Ferrariam, ut patet ex caſu, igitur irrita eſt depoſitio que translationem ſecuta eſt; non poſſunt Amediſte Caſum negare, quem in ea parte cedule concordate, ac non ſatisfactione Avininonenſium infra terminum confeſſi ſunt, quando anno Dni 1437 — feria 4ta ante pentecoſten magiſtrum Thomam de Carcellis ad principes noſtros Dominos electores miſerunt, ad impetrandam aſſiſtentiam pro Avenione, cum quo pro parte preſidentium Concurrebat Dnus Joannes Senior Abbas de Mülbrunno, ſed ſoliti

liti ſunt dicere, numerum eorum, quoad Avenionem debuiſſe prevalere. dicitur eis, quod ſi poſt illam Concilii Ordinacionem, per quam Avinionenſis civitatis electio in eventum non ſolutionis caſſabatur, & ante electionem preſidentium & eis adherentium per novam Ordinationem prima immutata fuiſſet; hoc forti poſſent allegare ſed ut caſus habet, nulla mutatione Concilii facta de prima ordinatione ad electionem deventum eſt. Si igitur ipſi ad electionem per preſidentes Concilii vocati & moniti in deputationibus exiſtentes non voluerunt eligere quando potuerunt, hoc eligentibus non obeſt, *de electione. quia propter* ibi: qui volunt & poſſunt. ubi gloſſa. concord. allegat, ipſi non negant, ſe eligere noluiſſe, ſed, quod potuerunt, dicit Concilium in cedula concordata, quomodo Avinionenſibus deficientibus, Concilium poteſt & tenetur, potuerunt igitur cum aliis eligere alium locum, & quia non fecerunt, ſibi imputent, & per hoc omnia ſophiſmata eorum ſunt ſoluta, unde cum dicunt Concilium potuiſſe immutaſſe ordinacionem ſuam, & in hoc eſt reſolutio omnium ſuorum argumentorum, dicitur, etiamſi major pars Concilii hoc potuiſſet, conciliariter tamen hoc ante electionem actum non eſt, imo tres preſidentes trium deputationum pro electione concluſerunt, ut caſus habet, ſi habent immutationem ante factam conciliariter, illam in medium ducant,

ſed

ſed quia non habent, fumus eſt caligine plenus obtenebrans oculos ſtudiorum ſermo eorum. Sed advertendum, quod etiam id verum non eſt, ipſos contradicentibus preſidentibus & eis adherentibus potuiſſe illam concordem ordinacionem immutaſſe, primo cum vigor conciliaris dependeat, a conſenſu omnium. *XV. d. Canones. §. Synodus.* & *c. ſicut ſancti. in fine.* cum ſimilibus. non potuiſſet fuiſſe tanta poteſtas ad tollendum ordinacionem, contradicentibus primis & eis adherentibus. ſed fuit in ordinacione unanimi. 2do quia expreſſus conſenſus Dni noſtri Pape debebat intervenire, ut habet caſus & ponitur in decreto Conventionali 19 ſeſſionis. ſed quia conſtat ex omnibus bullis Dni noſtri, quod ſolum id permittit ratum & gratum habiturum, quod per preſidentes cum Concilio, aut concenſu Concilii ordinatur, aut concluditur, igitur in hoc caſu numerus major contradicentibus preſidentibus & parti eorum adherentibus, locum non habuiſſet, unde quia ad primum & ſupremum privilegium Apoſtolice ſedis ſpectare dinoſcitur, Concilia indicere. 17. *de Regula.* cum capitulis ſequentibus. 3. *Q. 6. dudum de elect. ſignificaſti.* & hoc erat in pactum deductum quod erat juris quoad conſtitutionem novi ycumenici Concilii, hinc nequaquam major numerus Concilii Papa non conſentiente hoc caſu prevaluiſſet, ubi enim Concilium eligere debuit & Papa expreſſe conſentire minor

pars

Digitized by Google

pars cum Papa neceſſario prevaluiſſet, ut quisque palpabiliter conſpicit, ſed quia Papa conſenſit & approbavit, electionem Dominorum preſidentium & eis adherentium, quod hoc caſu totum Conſilium fecerunt in executione ordinatorum per Concilium aliis nolentibus, hinc patet Concilium ycumenicum ſecundum ordinacoinem Concilii Baſilienſis rite fundatum, & cum duo univerſalia Concilia univerſalem Eccleſiam repreſentantia eſſe non poſſint ſimul & ſemel, ut eſt clarum, & adverſarii fatentur. hinc inchoato Concilio ycumenico Ferrarie Baſilee Concilium defeciſſe eſt manifeſtum. Adhoc adicio, quodſi fortaſſis nulla loci electio per Concilium valida fuiſſet, nihilominus ycumenici Concilii conſtitutio per Papam tum facta ordinacione Concilii facta fuiſſet; nam ut ex caſu patet, in bulla Dni noſtri, ubi electio loci confirmatur, id ipſum continetur; Dnus noſter ordinaverat reductionem in Conſtantinopoli fieri debere, ſed Concilium Baſileenſe, cui ipſe acquievit, voluit quod in his occidentalibus partibus fieret in uno ex nominatis locis, & quamvis ipſum Concilium in XI ſeſſione exhortaretur omnes incorporatos, ne ante reformationem in Concilii translacionem conſentirent, indicabat nihilominus in XIX ſeſſione cauſam reductionis Grecorum eſſe talem, quod etiam ob ipſam Concilium transferri deberet. ſi igitur hoc ita eſt, quomodo poterit negari Papam in uno ex locis Concilio in electione de-

deficiente conſtituere potuiſſe ſynodum, cum ſit caput Concilii & Eccleſie, ut ipſum Concilium fatetur, in Reſponſione quondam facta ambaſiatoribus Domini noſtri, quæ incipit: Cogitanti, & in ſeſſione XIV nam dicere, non poſſe uti omni poteſtate conſtituendi ad edificationem Eccleſie hereticum eſt, ut notant doctores. 19. *de nulli fas. de electione. Generali. li. 6. XXV. Q. 2. ſi quis dogmata.* Paſcentiam enim in fide illimitate adeo habet, ita quod nulla conciliari poteſtate in hoc impediri poteſt, ſi igitur ſecundum ordinacionem Concilii neceſſarium erat Concilium in uno ex locis congregari, propter hanc laudatiſſimam cauſam & approbatam in 19 & 24 ſeſſionibus, nemo ſana mente dicere poteſt, Papam, id quod per Concilium in edificationem Eccleſie judicatum eſt omnino fieri debere, facere non potuiſſe in defectu etiam Concilii.

Adhuc dico, ſi hec differentia, quæ erat ob locum inter Patres Concilii diſcuti debuit, ad caput Concilii ſcilicet Romanum Pontificem appellatione remota recurrendum erat. *XVII. de multis. VI. Q. IIII. ſi inter.* Si enim diſſenſiones epiſcoporum in provinciali Concilio ad caput provincie mandantur referri, tunc & diſſenſiones Epiſcoporum in uniuerſali Concilio ad caput ejus ſcilicet Rom. Pontificem, hoc enim argumentum facit ſynodus. 96. *d. bene quidem. & Gloſſa in allegato*

gato Capite : *multis.* ſcilicet, quod ea habitudine ſe habeat Metropolitanus ad provincialem ſynodum, qua Papa ad univerſalem, & pro hoc eſt textus optimus. 23. *q.* 5. *de liguribus.* & in hoc caſu, quando de conſtitutione ycumenici Concilii agebatur hoc eſt indubitatum penitus, cum ſit de maximis illi ſedi propriis Privilegiis. 2. *q.* 6. *ideo. ubi de hoc.* & in allegato *Cap. Multis.* 17. *d. quare* ejus Conſultum intervenire debuit. ut ibidem. *& C. huic ſedi. & C. Concilia. eadem. d.* demum ſi nec Concilium Baſileenſe nec Rom. Pontifex Grecis locum deputaſſet, quomodo poteſt negari Concilium ycumenicum fuiſſe, quando perſonæ neceſſariæ ſecundum determinacionem 19e ſeſſionis animo Concilium celebrandi concurrerunt. ſi enim Papa & Patriarche ac alii epiſcopi per ſe aut repreſentative animo celebrandi Concilium Ycumenicum Ferrarie conveniebant, nonne omnia neceſſaria ad Concilii illius celebrationem concurrebant ſecundum determinatum in illa ſeſſione, hic impugnatio eſt frivola, non eſt enim de eſſentia Concilii, quod ſit in tali vel tali loco, ſed quod ſint tales perſone animo Concilium celebrandi, & conciliariter procedant, ſicuti Ferrarie actum eſt. preterea ſi Baſileenſe Concilium milleſies ordinaſet, quod diſſolvi non deberet, nonne, ſi de facto illi neceſſarii ad Concilii celebrationem receſſiſſent, Concilium defacto fuiſſet diſſolutum, hoc enim dicitur in Concilio Toletano *hac*

 era

Digitized by Google

era DCLXXXI. celebrato, quod nemo Concilium ſolvat, ante expedicionem agendorum, hoc eſt, recedat, recedere enim eſt diſſolvere Concilium; ſi igitur Preſidentes Apoſtolici Cardinales & alii maximi & primi & neceſſarii ad Concilii celebrationem & qui Concilium fundarunt & rexerunt, receſſerunt de Baſilea concurrentes pro celebrando yeumenico Concilio, grecis in ultimo portu exiſtentibus, quomodo dici poteſt, Concilium Baſileenſe tunc non fuiſſe diſſolutum, quamvis civitas Baſilienſis remanſerit, & aliqui Prelati in ea, ſine enim primo loco Baſileenſi & ſine omnibus illis perſonis, qui ibi remanſerant, potuit eſſe Concilium, nihil enim remanſit, quod de eſſentia eſſet Concilii; nam aliquando fuit Baſileæ Concilium ſine omnibus illis prelatis, qui remanſerunt, ſed non ſine illis preſidentibus qui receſſerunt, ubi enim Papa non eſt preſens, nec ejus legatio, non eſt regulare Concilium. 17. *d. Regula.* & *cap. Concilia.* ubi de hoc. ſed potius eſt Acephalum. 21. *d.* ſubmittitur 93. *d. nulla.* maxime in hoc caſu, ubi legitima cauſa, ſcilicet reductionis Grecorum & Concilii Baſilienſis ordinacio, in Convencionali decreto legatos abire compulit; defecit igitur conciliaris Authoritas Baſilee, neceſſariis perſonis abeuntibus. poſtremo dico, quod Grecis reductis qualitercunque non potuit Baſilee Concilium eſſe univerſalem militantem Eccleſiam repreſentans. ſolum enim plenarium

narium tocius orbis Concilium tale eſt, quod ex tota Xtianitate colligitur, ut ait S. Auguſtinus de unico baptismo, greci autem non reagnoverunt Baſileenſe Concilium, nec pro Romano & patriarchali, ut in Bulla Patriarche habetur, quæ inſeritur 19ne ſeſſioni, quapropter ſi nos Grecos pro Catholicis habuiſſemus ab inicio, eis non concurrentibus incongrue dixiſſemus, Baſileenſe Concilium univerſam Eccleſiam repreſentare, cum ſolum occidentalem repreſentaſſet, ita & poſt Grecorum reductionem non potuiſſet univerſam Eccleſiam repreſentare, etiamſi Concilium fuiſſet. Sed eum ſolum Concilium univerſam militantem Eccleſiam repreſentans ſit illud plenarium, dequo loquitur Concilium Conſtancienſe, cui omnis etiamſi Papalis dignitatis fuerit, obedire tenetur, ut etiam Baſilienſes ſemper confeſſi ſunt, hinc patet, ipſos poſt Grecorum unionem etiam ſecundum ſua principia in Dnum noſtrum Papam nihil potuiſſe, ſcientes hoc ſe evadere aliter non poſſe, non verentur, Spiritum Sanctum Sanctam Romanam Eccleſiam & ſacram ycumenicam ſynodum de mendacio arguere, dicentes, hoc non eſſe verum, quod Greci ſint reducti, ſed bulla aurea Imperatoris Grecorum cum ſubſcriptione Apocriſiariorum & XXVIII. Archi Epiſcoporum Grecorum & bulla Smi Dni noſtri Pape atque diffinitio ſynodica Concilii ycumenici, quam principes noſtri ab Apoſtolica ſede re-

 cepe-

ceperunt, contrarium oſtendunt, quibus po-cius credendum eſt, quam illis talibus viris, qui etiam fingunt Dnum noſtrum omnia ſimulati cum Grecis egiſſe, propter deſtruendam authoritatem Conciliorum, cum conſtet, ut etiam caſus habet, preter intentionem Dni noſtri Concilium in occidente habitum, quoniam ordinaverant in Conſtantinopoli reductionem fieri, ſi Concilium Baſileenſe acquieviſſet.

Solent objicere, Dnum noſtrum ante Grecorum adventum Concilium transtuliſſe Ferrariam, ſed caſus tollit argumentum; nemo ſane mentis negare poteſt, ſummo pontifici in tali caſu pro conſervacione unitatis, & ne Grecorum reductio impediretur, hoc potuiſſe, maxime qui ad caſum & ad translacionis bullam advertit, quando enim Eccleſia per orbem diffuſa & principes contradixerunt, ne hoc fieret, & illi pauci emuli paſſionatiſſimi propter confirmacionem electionis partis preſidentium in ſuum Caput ita ſevire ſub nomine Concilii attemptarunt, & ſe ſciſmaticos in illa particularite conſtituerunt, in ſummum pontificem Judicis & actoris partes ſua ſponte ſibi vendicando, ſe ipſos ad Concilii celebracionem inabilitando, univerſalis Eccleſie conſenſu eis deficiente. Dnus noſter potius oſtendit, eos non facere Concilium, qui ad ſciſma properarunt, quod ab eis authoritatem conciliarem

Digitized by Google

rem auferret, qua ſe indignos effecerunt. & ut Eccleſia ſciret pontificem injuſte diffamari, adjecit papa ſe velle oſtendere innocentiam in Concilio, ad quod eos, qui ipſum diffamaverunt cum ſalvo conductu advocavit, non igitur facta eſt translacio illa ſine cauſa, ſed ob urgentiſſimas neceſſarias & laudatiſſimas vitandi ſcismatis cauſas, per omnes orbis Xtiani naciones Reges & principes acceptas, nec fingere voluit, qui ſe obtulit id acturum per quod de ſua innocentia conſtaret, & in eo loco, ubi hoc potuit, nam non tenetur accuſatus accuſatores ſequi, ſed econverſo dicit *textus*. 3. *Q.* 6. *neminem cum ſequentibus*. ubi de hoc. ita egit *Gregorius* Papa *Sanctus*. 2. *Q.* 7. *ſi quis*. unde poſtquam hoc ſolum viderant illi viri preſumptuosſiſſimi, gaudere debuerant de principis Eccleſie piiſſima manſuetudine, & dum nullam notorietatem incorrigibilitatis in eo invenirent, deum laudare debuerant & amplius a proceſſu abſtinere, etiamſi crimina ficta non fuiſſent, omnium enim doctorum una eſt ſententia Concilium nihil poſſe in pontificem corrigibilem, ut notat *Gloſſa* 40. *d. ſi Papa*. ubi de hoc, ſed ipſi oſtenderunt, ſi nec ſalutem Eccleſie nec Capitis ejus querere, ſed factiones diabolicas ſcismaticas; hinc nulla ratione a parte Principum furor eorum ſedari potuit. Obiciunt XIam ſeſſionem, que ſuſpendit transferentem, quam dicunt Dnum noſtrum per bullam approbaſſe. dico ſeſſionem illam non

 ligaſſe

ligaſſe pontificis manus ad conſervationem unitatis Eccleſie, intelligi enim debuit, ſi absque cauſa rationabili hoc ageret, nec fuit illa ſeſſio accepta aut approbata per Dnū noſtrum nam formaliter data ſanctitatis ſue in XIIII ſeſſione habet, quomodo ſanctitas ſua declaret Concilium proſecutionem habuiſſe in illis tribus, ſcilicet fide, ſcismate & reformacione, non approbando ſeſſiones. fuit etiam approbatio illa per Dnum noſtrum facta, Concilio ſe offerente in illa XIIII ſeſſione, quod eum pro Capite haberet, & ejus pedes ut Petri oscularetur, ſed poſtquam illi pauci ſe erexerunt contra caput, immemores eorum, quæ Concilium unanimiter tunc promiſit, etiamſi Dnus noſter approbaſſet illam ſeſſionem, eam tamen ſervare fidei fractoribus non tenebatur, nec quovis modo debebat, niſi & ipſi ab iſtis ſcandalis ceſſaſſent. videbitur eciam ſtatim infra, quod iniquus atque nullus ille citacionis ſeu monitionis actus fuerit, ut luce clarius conſtet, objectionem illam non eſſe niſi fumum caligine plenum oculos ſtolidorum obtenebrantem, & hoc de primo.

Circa ſecundum punctum: primo conſiderandum eſt. ſi in ſummum pontificem unicum & indubitatum ſententia per ſinodum ferri poteſt, extra caſum, ubi in dampnatam hereſin incidit, hoc oportet absque heſitacione certum eſſe, in dubio enim hoc non licere mani-

manifeſtum eſt, oportet enim judicis cujuscunque fundatam eſſe judicandi poteſtatem, ſed quia Baſilienſes dicunt, univerſali Concilio hanc eſſe indultam poteſtatem, ipſi habent hoc probare, cum hic nondum ſit notorium, nec per univerſam Eccleſiam ſit receptum, nec ſit in practica, de qua conſtet hoc viſum, quod ſcilicet unquam ſynodus unicum indubitatum pontificem ſynodica authoritate judicaverit, niſi ſe ſponte ſubmitteret. Adducunt etiam illi hujus ſententie pro ſe ritum Patrum atque ſynodicas diffiniciones ſimul & raciones, nam papam ad jus vocari poſſe per ſynodum non legitur in Canonibus, ſed ipſi ſunt Canones, qui dicunt, Rom. pontificem ad nullius commeare judicium. 9. *Q.* 3. *ipſi ſunt. & 22. d. qua Contraditione.* & S. Julius Papa in epiſtola ad orientales, que incipit. *decuerat.* hoc oſtendit, non enim poteſt judicari Principes & Caput Eccleſie, & Concilii a Concilio, tale enim Acephalum Concilium foret; 21. *diſt.* ſubmittitur. totum enim corpus Eccleſie habet autoritatem ab illo principatu, quem Deus poſuit in pontifice Romano. 11. d. nolite errare. *de Conſe. diſt.* 1. *Baſilicas.* & nihil eſt in Eccleſia, quod non ſit prioritate in Petro & ejus ſucceſſore, & per ejus medium in aliis. 19. *d. ita Dnus* fluit igitur a capite Eccleſie ubi eſt plenitudo poteſtatis, de uſu Pallii. ad honorem. 2. *Q.* 6. *decreto* & *C. qui ſe ſcit.* omnis poteſtas contracta,

ſta, que eſt in Eccleſia, ut probatur ibidem, & optime in *Cap. ſignificaſti. de electione.* ipſe enim imponit prelaturas aliis, atque ipſe eſt Caput illius Eccleſie prelatorum, qui regimen Eccleſie habent. & omnes rectores ejus membra, ut ibidem ſi in Eccleſia eſt judicandi poteſtas, in ipſo eſt ut in principe, & forte ob hoc Marcellus Papa & martir dicit in 5to capite ſuorum decretorum, ipſum eſſe judicem totius Eccleſie; non eſt igitur intelligibile quomodo judex judicetur ab his, quorum juriſdictio ab ipſo primo ducatur, ſeu medio ejus. Cujus poteſtas ligandi & ſolvendi a Deo eſt immediate, & in aliis non niſi eo mediante, ut ait S. Leo, ita nemo niſi in unitate cum eo videtur aliquid poſſe, cum ipſi ſit in omnibus principatum tenens, qui in Eccleſia reperiuntur, facit 24. Q. 1. *quicunque.* 7. Q. 1. *ſcire debes.* 39. *d. qui Kathedram.* & ob hoc ait (*ptatus Milevitanus* contra *Parmenianum. Li.* 2. quod qui contra Petri Kathedram militant, ſe a poteſtate ligandi & ſolvendi ſubtrahunt, quia inde fluit, & ob hoc ut ſcribit *Leo IXus* contra preſumptiones *Michaelis Conſtantinopolitani in* 10. *C.* ſacra Nicena ſynodus ſtatuit, Romanum Pontificem non poſſe judicari a quoquam. hoc probatur 2. *Q.* 7. *in Sancta Nicena*, ubi ratio ponitur illius Nicene Conſtitutionis, cur ſummus pontifex judicari non poſſit; idem probatur 17. *d. huic &c.* 21. *d. nunc autem.* ubi Concilia fatentur, papam judicari non poſſe, &

& in ipſum ſententiam proferre non licere. ſed cauſam ejus aut Deo aut ſibi remittendum. ita dicit *Gloſſa* 2. *Q.* 5. *mandaſti* & legitur in Romano Concilio preſidente Sylveſtro, ubi & Conſtantinus Imperator interfuit. cum 283 epiſcopis, hoc diffinitum per racionem, quod nemo judicari debet, niſi accuſetur, accuſari autem ſuperior ab inferiore non debet, ſed a pari. ut eſt textus 2. *Q.* 7. *Clericus.* ejusdem Concilii Silveſtri. quapropter ſummus judicari nequit, hoc etiam ex ſententia S. Dioniſii ad Demophilum probatur, qui ait, non eſſe juſticiam in perverſitate ordinis, ſcilicet ubi etiam criminoſus a minori in gradu judicaretur. & ob hoc ait *textus* 96. *d. quis dubitet.* nonne miſerabilis inſanie eſſe cognoſcitur, ſi filius Patrem diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubjugare, & iniquis obligationibus illum ſue poteſtati ſubjicere, a quo credit non ſolum in terra ſed in celis ſe ligari poſſe, hinc preſumptuoſitatem *Dioſcori* in Epheſina 2 ſynodo preſidentis conceſſione Imperiali & ſibi adherentium in tantum damnavit ſancta Calcedonenſis Synodus. 21. *d. in tantum.* & *Auguſtinus* ait, Sardicenſe Concilium potius hereticorum fuiſſe, quam Catholicorum, quia in S. *Julium* Papam ſententiam dare preſumpſit, multos doctiſſimos viros huius ſententie eſſe conſtat, pro hac parte ſcribentes, & allegantes, maxime occaſionem recipientes ex ſciſſura, que Baſilee Concilii nomine facta eſt, dicentes multo conſulcius eſſe, in unita-

te Eccleſie pati malum prelatum, quam audaciam authoritativam preſtare cuicunque congregationi rebellandi & Eccleſiam ſcindendi & ſe ipſos in regimine intrudendi, ut nunc factum eſt. Illi ea, que ab adverſa parte obiciuntur, facile ſolvi poſſe arbitrantur; nam ubi alia pars ait omnia illa dicta, quod nemo judicare poteſt primam ſedem, intelligi debere diſtributive, non collective ſeu ſynodice, reſpondent illam gloſſam non poſſe ſtare, nam diffinitum fuit in Nicena ſynodo, quomodo accuſaciones clericorum in Conciliis diffiniri debent, 3. *Q.* 6. *neminem* 5. *Q.* 4. *nullus Epiſcopus* cum ſimilibus. Si igitur diffinitum eſt generaliter, nullum Epiſcopum niſi in legitima ſynodo judicari poſſe, & dicitur papam a nemine judicandum, manifeſtum eſt, hoc neceſſario etiam de Concilio intelligendum, uti Concilia intellexerunt, 17. *diſt.* §. *hinc etiam &c.* ibi cognita authoritate *Symachi* Pape, & 21. *diſt. nunc autem.* ubi pro cauſa Concilia illa allegant. ad id vero, quod alia pars octavam ſynodum allegat, *in c. diffinimus in* §. *porro* ubi dicitur, ſi univerſalis ſynodus fuerit congregata & quamvis ambiguitas de Romanorum Eccleſia exorta, oportere eam cum convenienti reverentia diſcutere & in ea proficere aut profectum facere. Reſpondent, iſti quod ſequitur, ſolvere augumentum, nam additur, non tamen audacter ſententiam dicere in Romanorum Papam; nam diſcutere & videre poſſunt Patres cum

con-

Digitized by Google

conuenienti reverentia ea que obiciuntur, ut dicitur etiam 2. *Q.* 5. *mandaſtis.* ſed non ſententiam ferre, quia Deus ſibi reſervavit poteſtatem ſententionandi, ut dicit textus 9. *Q.* 3. *aliorum.* & *c. facta.* & ob hoc Patres in Concilio, de quo in §. *hinc etiam.* cauſam Deo remiſerunt, per viam ſtatuti, ut patet in ſubſcriptione ibidem poſita. probatur id optime. 3. *Q.* 6. *quamvis.* ubi Concilium discutere poteſt, ſed non ſententionare. quod papa, qui eſt ſupra Concilium illud, ſibi reſervavit poteſtatem ſententionandi & terminandi. ad hoc autem, quod de Auguſtino objicitur ad *Glorium* & *Eluſium* ſcribens, quomodo reſtabat plenarium Concilium poſt judicium Melchiadis Pape, in quo de ipſo judice & judicio ejus judicari potuiſſet &c. Reſpondent, non illam fuiſſe intentionem Auguſtini, quaſi judicandi poteſtas ſupra ſummum pontificem ſit in plenario Concilio, nam ipſe fatetur, poſt Chriſtum omnes cauſas Magiſterii in *Petro* principe Eccleſie eſſe, ut in Libro queſtionum veteris & novi teſtamenti *Q.* 79. ait. ſi igitur in Petro & ejus ſucceſſore eadem eſt poteſtas, ut idem videtur affirmare in epiſtola quam ipſe *Alipius* & *Fortunatus* ſcribunt ad Generoſum & per omnes hoc tenetur. 19. *diſt. ſic omnes.* 24. *Q.* 1. *quoniam vetus.* & *c. hec eſt fides.* 7. *Q.* 1. *factus eſt.* cum infinitis ſimilibus, tunc omnis poteſtas, que eſt explicata in Eccleſia, eſt in Papa, ut in principio cauſali complicatorie, ut ipſe poſuit omnia, que omnes

omnes, & plures ſi eſſent, quare non eſt ſententia Auguſtini, ſuperioritatem eſſe in Concilio ſupra Papam, ſed potius videtur voluiſſe in ea queſtione allegata omnem Concilii poteſtatem in ſuo Magiſterio a cauſa omnis Magiſterii *Petri* fluere. ut dicitur in *C. ſignificaſti.* & veteres Doctores Theologi pene omnes. ſed de *Melchiade* hoc dixit, quia datus fuit Commiſſarius a Conſtantino, & poſt ſententiam herein objiciebant Melchiadi, potetant igitur in hoc recurſum habuiſſe ad univerſalem ſynodum, cujus hec ſunt verba *de unico baptiſmo quaſi circa finem.* huc accedit quod a *Melchiade* tunc Epiſcopo Romane Eccleſie preſidente ex precepto *Conſtantini* Imperatoris ad quem totam illam cauſam accuſatores Epiſcopi Carthaginenſis Eccleſie *Ceciliani* per *Ancelium* proconſulem detulerunt, Idem Cecilianus innocens pronunciatus eſt, de quo judicio cum majores iſtorum importuniſſima pervicacia memorato Imperatori quererentur, quodonon plene neque rite fuerat examinatum atque depromptum, nihil de Melchiadis tradicione vel Thurificacione dixerunt, ad cujus audienciam non venire utique debuerunt, hoc pocius autem ſuggerentes Imperatori, aut ut ſuggereretur, inſtantes, quod apud traditorem codicum divinorum & ydolorum ſacrificiis coinquinatum cauſam ſuam agere non deberent; hoc illi. de hoc idem *Auguſtinus* contra *Parmenianum*

num & in aliis locis. ad id autem quod de Conſtantienſi Concilio objiciunt, quomodo ibi diffinitum ſit, eum, qui papalis dignitatis eſt, obedire debere Concilio in fide ſcismate & reformacione, & ubi contumaciter reſiſteret, eum puniri poſſe, ad iuris remedia recurrendo. Reſpondent, id intelligendum eſſe, ſecundum tunc currentem caſum quia dicitur, in preſenti ſcismate & de Reformacione in capite & membris, quoad tempus illud ſcismatis, nam tunc omnia remedia, ut ad unitatem deveniretur, juris fuere. obediendum enim erat tunc in illo antiquo ſcismate, quoniam univerſa per orbem Eccleſia nullum contendentium unquam pro unico pontifice receperat, ut in eo dubio ad unitatem deveniretur, ſi igitur illa ordinacio facta fuit, ut facilius & ſecurius ad unitatem deveniretur, ut dicit ſeſſio quinta ejusdem Concilii, ubi hec acta ſunt, de quo caſu intelligi debet id, quod dicitur ibidem de punicione & remediis juris. non debet hoc ibi pro remedio inventum tempore ſcismatis ad tempus unitatis extendi. 1. Q. 7. ne pariat contrarium effectum, ſcilicet ne id quod pro unitate adipiſcenda ordinatum fuit, ſcisma faciat, uti modo vidimus Baſilee. & ita viſi ſunt Patres illud intellexiſſe, etiam *Martinus* Papa propterea illam ordinacionem non mutavit formam celebrandi Concilia, quando dedit poteſtatem preſidentibus ſenis, ut ſua auctoritate Concilium diſſolverent aut transferrent,

rent, & quando non aliud gratum habere voluit, quam quod ſui preſidentes de Conſilio Concilii aut conſenſu diffinirent, ex quibus clare conſpicitur, Martinum Papam non intellexiſſe per illam ordinacionem obſervanciam antiquam mutatam, & ſe nunc plus Concilio ſubeſſe, quam ante Concilium Conſtantienſe romani pontifices ſubfuerunt, quorum veſtigiis inherebat, non tamen ab hoc, quaſi male intelligeret Conſtancienſe Concilium reprehenſus legitur, dicunt igitur, ſi ille ordinaciones tempore unitatis locum habere debent, tunc oportet, ut referantur termini ad Papam & alios, ſecundum cujusque Condicionem, nam juris remedium in papa criminoſo non reperitur eſſe ſive prolatio qui levius pareret ſcisma quam remedium, ſi igitur hoc remedium prolacionis ſentencie non reperitur in jure aliquo cautum, non poſſumus hoc ita contra juris determinacionem interpretari. unde cum remedium juris ſit non obedire prelato in his, que contra Deum & univerſalem ſtatum Eccleſie Xti exiſtunt, ut eſt concors omnium ſententia, tunc prelato Eccleſie peſſimo per non obedienciam reſiſtitur, ubi Eccleſiam deſtruere vellet, & hoc eſt remedium ſine ſcismatis periculo, & eſt oportunum & equiſſimum, quare illi concluſioni, Papam judicari non poſſe, non propter perſonam Pontificis ſed conſervacionem unitatis Eccleſie, nihil, ut illi agunt, videtur obſtare poſſet, cum

cum autem tam ſuperioritatem Concilii ſupra Papam vel Baſilienſes vel alii aſſignare volunt, dicunt, Xto convenit indevicebilitas ex natura, Eccleſie ex gracia, & ita Concilio Eccleſiam repreſentante. Papa autem hoc privilegium non habet, quia peccare & deviare poteſt, ſicut aliqui deviarunt; ad hoc reſpondent, quomodo certum eſt, multa Concilia erraſſe, ſed Concilia univerſalem Eccleſie Conſenſum habentia, in his que ſunt de neceſſitate ſalutis, non errant, imo ſi errarent, ab hoc eſt ibi ſalus, non enim poteſt fidelis ad impoſſibile obligari, hinc decipi nequit in eo, quod tota Eccleſia recepit, etiamſi alio tempore hoc correctionem receperit. Concilia autem poſteriora corrigere priora admittit Auguſtinus de unico baptismo. ſed ſicut papa eſt deviabilis, ita quisque aliorum, Immo preſumi decet Papam minus deviabilem, pro Petro enim rogavit Xtus, que efficax oratio obtinuit doctrinam veritatis in ſede Petri nunquam defeciſſe. 24. *Q.* 1. *quodcunque. in Gloſſa & C. a. recta.* 1. *q.* 1. *quali.* quapropter ſi Papa eſt deviabilis, qui eſt caput Concilii, omnia alia membra deviare poſſe non eſt negandum, ut optime probatur ex dicto Auguſtini de Nuptiis & Concupiscentia dicentis. id quod dicitur Eccleſiam non habere maculam neque rugam, de futura non de iſta intelligendum eſt, nam qui modo eam talem eſſe dicunt, & tamen

tamen in illa ſunt, quoniam & ipſi fatentur habere peccata, ſi verum dicunt profecto quoniam mundi non ſunt a peccatis, habent in his etiam maculam, ſi autem falſum dicunt, quia corde duplici loquuntur, habent in his etiam rugam, ſi autem ſe dicunt habere iſta non ipſam, ergo ſe non eſſe membra ejus nec ſe ad Corpus ejus pertinere fatentur, ut Ecclia ſua confeſſione dampnetur. haec ille. Ecce quod Patres in Concilio qui ſunt membra Concilii peccabilia, non poſſunt dicere Concilium eſſe Eccleſiam non habentem maculam neque rugam aut indeviabilitatem, cum Concilium non ſit Corpus mathematicum ſed ex membris peccabilibus unitum, ita, quod Concilium in ipſis habeat deviabilitatem; nec prodeſt eis allegacio ſancti *Jeronimi XXIV. Q. 1. omnibus conſideratis.* quoniam ſi hoc dictum de ſacerdocio quod eſt in Eccleſia intelligitur, tunc de officio ſacerdotali, a quo procedit ligandi atque ſolvendi poteſtas intelligi neceſſe eſt, quoniam eſt ſine macula & ruga, cum Xtus per miniſtros operetur etiam malos, ut optime probatur, *de Conſecr. diſt. 4. Baptismus.* ita ſcilicet, quod illi in his que ſunt de neceſſitate ſalutis non errant in quibus conſenſerint, ſed quod quisque tamen eorum atque omnes ſint peccabiles & deviabiles. probatur per eundem *Jeronimum.* 11. *Q.* 5. *quando &* 32. *q.* 11. *S. Paulus.* ubi ex dictis *Jeronimi* clare habes, injuſticias & im-

impietates in ea, que eſt domus domini, eſſe poſſe. nonne hec ſententia graviſſimorum virorum talis eſt, quod adhuc non videtur certum, ſententiam dari poſſe in unicum Rom. pontificem. Immo, aliis quibus videtur Papam ſubeſſe & judicari poſſe, quia Canonibus ſanctorum tanquam membrum Eccleſie ſubeſt, & penis in eis contentis ſubicitur excepto Caſu epikeie, ubi ut princeps Eccleſie diſpenſatorie agit ob altiorem finem utilitatis vel neceſſitatis eccleſiam edificando, tamen hoc non poteſt equum videri, niſi ubi ex hoc judicio ſubinferretur major publica Eccleſie utilitas, ſicut & primis, nam quamvis Papa primus fuit filius Eccleſie, & ſic ſub legibus matris, antequam in principem erigeretur. 68. d. *quorum Vices.* & quamvis etiam ipſe principatus non eximat eum ab obſervancia legum matris Eccleſie, niſi ubi in caſu dato, non ſervit lex ſummi principatus, que eſt edificare, tamen non eſt recedendum a Papa, ante ſententiam. ut 8. Q. 4. *nonne.* & in ſepe allegato §. *hic etiam* 17. d. *excepta hereſi notoria*, ut infra dicetur. ſententia autem nunquam poteſt juſte ferri in eum, quando habet ſociam multitudinem, ut ſciſma timeatur. 23. Q. 11. *cum quisque.* quare ante omnem Concordanciam, ita ut ſciſmatis periculum ſit ſublatum, non poteſt juſta ſententia ferri. Injuriaretur enim Eccleſia, que ob correctionem cujuscunque ſcindi non meretur, maxime attento, quod malus Prelatus

Digitized by Google

non poteſt Eccleſie tantum obeſſe, quantum ſciſſura, & quia raro poteſt hoc accidere, quod pontifex non habeat defenſores adherentes & ſociam multitudinem, ita ut vix cum pace Eccleſie judicari poſſit, hinc etiam ſecundum illorum opinionem rariſſime ſentencia dari poteſt in eum. Concluditur igitur, cum in unum Romanum pontificem propter hoc, aut quia non putabant veteres hoc fieri poſſe aut propter evitare periculum non reperitur efficaciter ſententiam conciliarem datam, ſed datam pocius reprehenſam, omnino Baſilienſes hoc tempore exemplis majorum abſtinere debuiſſent.

Proceſſum illum Amediſtarum ſi fieri potuiſſet, prefatis non obſtantibus, adhuc ſcismaticum fuiſſe ex hoc hebetur; Nam univerſalia Concilia univerſali traditione & conſenſu fiunt & recipiuntur, ut olim Baſilienſe Concilium diffinitive poſuit in reſponſione illa famoſa, que incipit, cogitari, allegans ad hoc dictum S. *Gregorii.* 15. *d ſicut ſancti. in fine.* adijciens ibidem, quod unitas Eccleſie conciliaris ex eo multo major & perfectior eſt, quam unitas Regis unius aut imperatoris terreni, hec enim & errat & in varias ſepe ſentencias ſcinditur, Eccleſia autem nec errat nec ſibi ipſi contradicit, hoc idem dicit textus *Canones* 15. *in fine.* dicens, diſſencientes non facere Concilium, ita diffinitum eſt in octava ſynodo, oportere omnia illa,

illa, que de Eccleſiaſticis rebus ſynodice aguntur, omnium conſenſu & unanimitate fieri; ait enim Baſilius Imperator ad ſynodum, dicat nunc ſancta & univerſalis ſynodus, ſi omnibus ſanctiſſimis Epiſcopis concordantibus atque conſentientibus preſens terminus depromptus eſt, oportet enim divina quamque cum univerſorum Conſenſu & Concordancia in Eccleſiaſticis predicari & confirmari collegiis, ſacra ſynodus dixit, omnes ita ſapimus omnes ita predicamus omnes concinentes & conſencientes ſponte ſubſcribimus, hoc eſt veritatis judicium, hoc eſt juſticie decretum. ad idem legitur in Concilio Toletano tempore Siſinandi Regis celebrato, ubi poſt ordinacionem additur, Concilium autem nullus ſolvere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quicunque deliberacione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur, tunc enim Deus ſuorum ſacerdotum intereſſe credendus eſt conventu, ſi tumultu abjecto ſollicite atque tranquille Eccleſiaſtica negocia terminentur. hoc ibi. *V. Q. 4. in loco benedictionis.* ad idem legitur in Concilio *S. Martini* Pape tempore Conſtantini 3tii celebrato Rome, ubi ita de Concilio Calcedonenſi ponitur; ſancta Calcedonenſis ſynodus diffinivit, hoc eſt dicere omnium ſanctorum Chorus, quoniam quod una ſanctorum Patrum ſynodus judicare videtur, tam omnes ſynodi quam univerſi omnino Patres confirmare

 nos-

noſcuntur, utpote in eodem unoque verbo ſibi viciſſim per indiſſolubilem concordiam concordantes. hoc ibi. — ſynodus igitur eſt Conſonancia. 1. Q. 7. *Convenientibus* §. *item Teraſius.* ibi: *ſi vero ſynodalis Conſonancia.* & C. *ſi qui voluerunt.* ibi. fateantur ſe communi Conſenſu Catholice Eccleſie ſtatuta obſervaturos. & *Auguſtinus* 2. Q. 7. puto. ibi: per univerſe Eccleſie ſtatuta firmatum. 79. *d. ſi duo contra fas.* ubi communis conſenſus eſt id, quod Concilium, idem probatur 24. Q. 1. *majores.* ibi: *Coacta Synodus.* & C. *Acacius* 2 & 25. *q.* 1. *confidimus.* oportet igitur, quod perſone, quæ Conſenſum cum ſubſcriptione prebent, ſint tales, quod Eccleſiam ipſam, cujus hoc eſt Concilium repreſentent, ſcilicet ſi eſt Concilium provinciale, intereſſe debent perſone provinciam repreſentantes. legitur enim in C. 8. *Affricani Concilii*, placuit propter Eccleſiaſticas cauſas, quod ad perniciem plebium ſepe veterescunt Concilium fieri, ad quod omnes provincie, que primas ſedes habent, de Conciliis ſuis binos aut quaternos eligerunt epiſcopos, legatos mittant, ut congregato conventu plena poſſit eſſe authoritas. ita diffinitum eſt in 8va ſynodo in Patriarchalibus ſynodis Metropolitanos per ſe vel repreſentative eſſe debere, in univerſalibus autem Papam & Patriarchas cum aliis, ut in 19. *ſeſſione* olim Baſilienſis Concilii etiam habetur. legitur enim in actione nona octavi Concilii in adventu vicarii troni Alexandrini,

ſy-

ſynodum dixiſſe, glorificamus Deum univerſorum, qui quod deerat univerſali ſynodo, ſupplevit, & nunc fecit eum perfectiſſimam repreſentacio autem per legatos fit. 94. *d. C.* 1. ubi *Simachus* Papa ait: ubi nos preſentes eſſe non poſſumus, noſtra per noſtros repreſentetur authoritas. *fa.* 93. *d. c. fi.* & ob hoc in Affricano concilio ſtatutum legitur, & in omnibus conciliis obſervatum, quod Patres ſe propriis manibus in ſententiis & ſtatutis cum titulo ſuo ſubſcripſerint, ad oſtendendum, Conſenſum eorum interveniſſe, qui Eccleſiam repreſentabant, cujus erat Concilium, legitur enim in fine 8vi Concilii, vicarius ſenioris Rome dixiſſe, quoniam providencia Dei in proſperum finem omnia devenerunt, negocia, oportet nos in ſcripti manu propria hec roborare, ſecundum ſynodicam conſequenciam. hoc ibi. Ecce quomodo ſubſcriptio quaſi de eſſentia videtur eſſe ſynodi propter oſtenſionem conſenſus eſt autem hic conſenſus in hoc judicio preſertim neceſſarius, quoniam non vincit major pars. *VI. Q.* 4. *C.* 1. 2. & 3. 65. *de epiſcopum. in gloſ.* ſed ubi Epiſcopus a ſynodo venit judicandus, concors omnium ſentencia requiritur. 6. *Q.* 4. *ſiquis Epiſcopus.* 2. *gloſ. in C. multis.* 17. *d.* quare ſi Papa ab univerſali ſynodo judicari poteſt, omnium illius ſynodi conſenſus intervenire debet, & quoniam ipſum olim Baſilienſe Concilium ex univerſali repreſentacione Eccleſie Catholice ſibi vendi-

dicabat in papam judicandi poteſtatem, docere habet, perſonas Eccleſiam repreſentantes interfuiſſe, & conſenſiſſe, ſi ſecundum ſuum etiam principum proceſſus debet eſſe alicujus momenti; ſed ut ex caſu habetur, prelati majores, Imperator nomine regnorum ſuorum & ſubditorum, Rex Francie, Rex Caſtelle, Rex Arragonum, Domini Electores, Nacio Italica, Dux Mediolanenſis, & pene omnes Eccleſiam Catholicam repreſentantes contradixerunt, igitur aliorum nomine Epiſcoporum proceſſus non poteſt dici ſynodicus ſed eſt irritus, arg. 63. *d. obeuntibus in textu & gloſſa* 66. *d. Archi Epiſcopus*: nec poſſunt Amediſte dicere connivenciam Eccleſie Catholice quovis modo interveniſſe, licet connivencia in requirentibus expreſſum conſenſum, ut in actibus conciliaribus non ſufficeret, cum ibi ſubſcriptio requiratur, nam Connivencia Pape ſecundum Laur. eſt, quando ſcitur & non contradicitur. 63. *d. Adrianus*. 24. *d. epiſcopi*. hic autem conſtabat de contradictione & proteſtacione jam dictorum. pretenſa etiam ſententia eorum oſtendit, Reges Cardinales Epiſcopos & univerſitates non conſenſiſſe, quia eis ſub horribilibus penis ibi mandatur, ut ſentencie acquieſcant, ad hoc dico; quod in hoc judicio, ubi ſupremus pontifex debet judicari tanto plus Conſenſus eſt neceſſarius, quando ſciſma in Eccleſia ſi conſenſus deeſt, & periculoſius. nam cum S.

S. Auguſtinus contra Parmenianum nos inſtruat inſolubilibus racionibus, nihil poſſe malum pontificem Eccleſie obeſſe, & ob hoc nullum omnino dabilem neceſſariam ſcismatis cauſam, concludit, nunquam ob correctionem juſte ſcisma fieri poſſe, ita eſt textus ſupra attactus 23. Q. 4. *cum quisque fratrum.* quapropter quando illi pauci videbant, ob contradictionem ſe procedere non poſſe, niſi ſcisma fieret, diabolica preſumptione ducti ſunt, ut dicit gloſſa. ad *Cor.* 10. temptacio vos non apprehendat niſi humana, & eſt dictum S. Auguſtini de unico baptismo. dicit enim, diabolicam preſumptionem eſſe, ſue opinioni inherere, usque ad Eccleſie ſciſſuram. & bene poſſumus hoc dicere de iſtis Amediſtis qui nulla Imperatoris Regum Principum humiliacione & pace, nulla preſidentis perſuaſione ſanctiſſima, nulla Catholici populi ſupplicatione, ne in matrem Eccleſiam & Xti Corpus ſevirent, flecti potuerunt, quaſi ab omnibus prelatis & nacionibus ac ab ipſa S. Rom. Eccleſia Spiritus Sani Concilii eſſet ſublatus & ipſis miſeris datus. o preſumptio Luciferiana, demens & inſana, qualis in Eccleſia in paucis nunquam legitur fuiſſe, ſub concilii ſpe, & quia omnis ſcriptura & ſanctorum doctrina eis adverſabatur, ad ſolum Conſtancienſe Concilium refugium habuerunt, & tamen non intellexerunt id quod allegarunt, nam illa ſynodus ait, quomodo univerſale Concilium univerſalem mi-

litantem Eccleſiam repreſentans a Xto habet poteſtatem, hoc enim Concilium non facit ſcisma, quoniam intra ſe habet militantis Eccleſie Conſenſum quale non fuit illud malignantium ſcismaticorum conventiculum, Eccleſia per orbem diſperſa contradicente, a qua ſe ſeparantes Corpus Xti niſi ſunt laniare & ſcismatici facti ſunt. 23. *Q.* 2. *non vos cum* ſimilibus. dicunt ſe univerſalem ſynodum, ſicut & illi, qui ante ſeptimam ycumenicam ſynodum in Conſtantinopoli congregati errorem ſuum, quem circa imagines habuerunt, ſub nomine magni Concilii autorizare pretendebant, quibus in ipſa Catholica ſeptima ſynodo in 6ta actione ſic formaliter reſpondetur. quomodo magna & univerſalis fuit illa ſynodus, quam neque receperunt reliquarum preſules Eccleſiarum ſed anathemati hanc transmiſerunt, non enim habuit adjutorem illius temporis Papam, vel eos qui circa ipſum ſunt ſacerdotes, nec etiam per vicarios ejus neque per hemiciclicam epiſtolam quemadmodum lex dictat conciliorum, ſed nec conſentientes patriarchas orientis Alexandrie ſcilicet ac Antiochie & ſancte civitatis vel conminiſtros & ſummos ſacerdotes, qui cum ipſis exiſtunt, vere fumus caligine plenus obtenebrans oculos ſtolidorum eſt ſermo eorum. hæc ibi. & in libro de equitate poteſtatis, ubi inveſtigat auctor, quid ad univerſale Concilium requiratur, cen-

Digitized by Google

centeſimo primo Capitulo, ad ſuum propoſitum hanc Concilii univerſalis per Eccleſiam recepti adducit diffinicionem, per quam convincitur apertiſſime figmenta Amediſtarum, quibus nomine univerſalis Concilii aures hominum obtundunt, non eſſe niſi fumum caligine plenum, ſtolidorum oculos obtenebrantem, nam loquitur de Eccleſia mathematice & abſtracte non reſpiciendo ad Corpus aut ejus membra, & de Concilio geometrice tantum ad locum reſpicientes non ad perſonas conſencientes, propter hoc eorum proceſſus eſt Aritmeticus pluralitatem indefferenter concludentes, credentes quod armonica verbali modulacione fideles ita poſſe allicere, ut ipſi eis ducuntur, ſed fumus eorum detectus eſt, — ad hoc proceſſum non fuiſſe ſynodicum ex eo eciam conſtat, quod ſynodus illa ad certos fines fuit per Dñum *Martinum* atque poſt per Dñum *Eugenium* inſtituta, ut in prima ſeſſione fundacionis olim Concilii Baſilienſis continetur, nequaquam autem ad talem proceſſum inſtaurandum, quare non ſynodire proceſſerunt, oportet enim, dicit ſynodus actu congregata ad accuſandum pontificem ſpecialiter ſynodum convocare. 17. *d.* §. *hic eciam.* 2. *Q.* 5. *mandaſti.* in quibus locis hoc probatur in Rom. pontifice & quod non ſufficeret generalis Concilii convocacio, niſi de hoc in convocacione ſpecialiter eſſet cautum, quoad judicium Epiſcopi eujuscunque probari videtur. 5. *Q.* 4.

nullus Epiſcopus, conjuncta gloſſa. & *C. duodecim.* patet igitur, quod cum illi pauci ſynodice non proceſſerint, ſed contra apoſtolicam ſedem rebellaverint, quod nemo de eorum judicio timere debet, dicit textus *S. Gregorii.* 19. *d. nulli fas.* dico nec illum proceſſum contra Epiſcopum fuiſſe legitimum. de eſſencia enim ibi neceſſario XII ſunt Epiſcopi per reum electi cum eorum ſuperiore. 3. *Q.* 8. *cujus in agendo.* 5. *Q.* 4. *duodecim.* & non poteſt ſynodice non ab illa electa ſynodo judicari. 2. *Q.* 4. *nullum.* debent enim illi electi duodecim omnibus & ſingulis negociis intereſſe, & cum gravitate & ſubſcriptione propria procedere & concordare. hic autem non fuerunt 12. nec illi qui erant, fuerunt electi, ſed ſuſpectiſſimi, ut ex conditione & preſumptione eorum, hoc eſt plusquam notorium manifeſtum eſt autem, ſi univerſalis ſynodus propter preſidentem ſuſpecta eſſet, nihil valere quod agit contra Epiſcopum etiam ceu contumacem ut de Calcedonenſi exemplum habetur 3. *Q.* 5. *quia ſuſpecti.* videte an teſtes fuerunt ut jus vult, 2. *Q.* 7. *teſtes.* quando iidem actores judices & teſtes eſſe preſumpſerunt, ut injuſtior proceſſus eſſe non poſſet. quapropter irritum & temerarium, fecerunt contra ſuum Dominum Xti vicarium ſcismaticum proceſſum.

Eſt conſuetudo Amediſtarum omni excogitabili modo absque erubescencia per figmenta

menta maleacta colorare, hinc dicunt, non poteſt negari, in hereſi anathema eſſe, & hereticum ſe ipſum ab Eccleſia abſcindere; 1. Q. 1. *ſi quis.* inquit de Eccleſia heretica preſumptione exierit, a ſe ipſo dampnatur. 4. Q. 5. C. 1. 24. Q. 1. C. 1. 2. & 3. ſed ſic eſt, quod *Eugenius* eſt hereticus. quare omne id, quod contra proceſſum obicitur, non prodeſt; nituntur autem minorem probare ex ſuis confictis tribus veritatibus & translacione Concilii ex Decreto, quod incipit, *Moyſes*, & bulla, ut dicunt, ſtudio Toloſano miſſa, ad hoc facilis eſt reſponſio, quia dum miſeri illi Amediſte in pontificem diabolice ſevientes & propter conſervare conciliorum authoritatem ſe omnia agere dixiſſent, tunc peſſimam intencionem ſuam propalarunt, nam dum ſe deficere conſpexiſſent in proceſſu, quem ſuper certis excogitatis criminibus ſua ſponte inſtaurarunt, dicente olim Panormitano Relacione audita, ex illo locis ſe probaturum, ex illo iniquo proceſſu nihil fieri poſſe in jure contra Dnum noſtrum, ſtatim ad hereſim refugium queſiverunt, ne in propoſito maligno deficerent, & quia non repererunt Dnum noſtrum citatum ſuper hereſi neque cauſam ipſam hereticandi, novos quosdam articulos, quos veritates vocant, more ſuo fantaſtico veritas fidei, tunc primo decreverunt pro medio hereticandi principem fidei, romanum pontificem, quaſi dicerent, ſi

ſi neceſſarium eſt ad hoc ut pape objiciatur quod ſit hereticus, eum faciemus hereticum, ſive velit ſive nolit, & dum in his factionibus vigilarent, contradictum eſt ducibus malignis per eos qui Eccleſiam repreſentarunt, ac per prelatos tunc Baſilee exiſtentes pene omnes, per olim Panormitanum & longe majorem partem, qui palam de injuſticia eorum, qui ſine eorum prelatorum Conſenſu in materia fidei attemptabantur, & ſolempniter proteſtabantur; ut pridie Domini deputati dum ſubſcripta proteſtacio manu notarii Concilii legeretur, clare intellexerunt; nihil eſt igitur id quod dicitur de illis veritatibus in ſubſidium Complecionis perverſe intencionis fabricatis, & inimici noſtri idipſum tunc & judices & prelati iudicarunt hoc injuſtum, verecundentur igitur & ſileant, nam quare ad hereſin confugerunt miſeri, qui oſtendere attemptarunt, in alio quam hereſi caſu, papam per Concilium deponi poſſe, nonne per hoc, quod ſue factioni hereſin neceſſariam eſtimarunt, ad quam confugerunt, authoritatem conciliorum, quam ut novam edificare ſe dixerunt, dereliquerunt, & ad indubitatum caſum hereſis reverſi ſunt, ſe in perſonam pontificis ſevire pocius, quam de conciliorum authoritate curam agere, opere inefficaci oſtendentes; dicunt Dnum noſtrum ex eo hereticum eſſe, quod transtulit Concilium, tale argumentum pauciſſimi ſenſus ho-

homines non feciſſent; ponatur, papam actum prohibitum feciſſe, quomodo ex peccato in facto concludi poteſt hereſis in fide, & in racionis judicio, ſi omnis prohibicionem transgrediens argui debet tanquam male de prohibicionis poteſtate ſenciens hereticus, non erit peccatum mortale ſine hereſi, ad hoc autem ut calumpnia eorum apertius aſpiciatur, conſiderandum, quoniam ipſi Amediſti Dnũm noſtrum diffamarunt, quaſi ipſe pro libito concilia transferre & diſſolvere poſſe crederet, hoc inconveniens arguentes, quid ſubeſſe tenetur in tribus, ut conſtanciae determinatum reperitur, igitur non debet eſſe in poteſtate illius, qui ſubeſt, concilium ad libitum mutare. ſed Dnus noſter nunquam pro libito ſibi licere diſſolvere Concilia aut transferre dixit, ſed non dubitat decretis concilii Conſtancienſis non obſtantibus, quod hoc etiam nullibi prohibetur, hoc ſibi licere cauſis racionabilibus exiſtentibus, cauſas autem in translacione allegat racionabiles, non dicens, pro libito, ut fingunt Amediſte, ita eciam Martinus Papa credidit, qui ſuis preſidentibus dedit facultatem ſua auctoritate Concilium diſſolvendi & transferendi, ut in bulla ejus inſerta prime ſeſſioni Baſilienſis Concilii continetur, unde cum multa leguntur Concilia etiam racione congregata propter malum proceſſum aberraſſe, ut exemptum de 2da ephesina ſynodo legimus, quam Leo Papa ammovit & Calcedonenſem inſtituit,

tuit, tunc ſi apud principem Eccleſie non eſſet poteſtas malis conciliis reſiſtendi ex juſtis & optimis cauſis, non eſſet in Eccleſia principatus cum plenitudine poteſtatis in edificacionem, nec eſſet Eccleſie bene proviſum & ſufficienter. eſt igitur illud propter quod niſi ſunt illi Dominum noſtrum hereticare, in ipſis dampnatiſſima hereſis, non credentes imo dampnantes papam reſiſtere poſſe deſtructionibus unitatis pacis et fidei Eccleſie, negantes in ipſo omnem poteſtatis plenitudinem ad conſervacionem & edificacionem Eccleſie. An autem cauſe translacionis racionabiles fuerint exitus docuit, a fructu enim juxta Xti doctrinam Cognicionem accipientes negare non poſſumus translacionem eciam per auctoritatis Conciliorum conſervacionem neceſſariam, nam ſi translacio ſcisma Baſileae factum non preceſſiſſet, ita quod dici poſſet, Concilium feciſſe ſcisma, quo malo nihil in Eccleſia pejus, ut probat *Jeronimus* 24. *Q.* 1. *non afferamus*; quis amplius veneraretur Concilia quaſi ſancta, poſtquam talem fructum peſſimum Concilium Baſilienſe viſum fuiſſet peperiſſe, aut quis magnam authoritatem Conciliis ineſſe crederet, poſtquam compertum eſt, omnes reges principes & prelatos in faciem contradixiſſe Concilio Baſilienſi, nonne translacio authoritatem ſalvat, ut nunc dicatur, non erat Concilium, quod ſcisma fecit, aut cui contradictum eſt, ſed ante fuit translatum

lo

loquuntur eciam de Conciliorum diſſolucione fantaſtice, non adrectentes, diſſolucionem quoad Caput concilii, cujus mandato collectio facta eſt, aliud non eſſe quam mandati ſublacionem & abſolucionem, ut quisque ad propria redire poſſit. quomodo poteſt papa notari, quaſi horrendum crimen incidiſſe, quia prelatis libertatem redeundi ad paſtoralem curam preſtitit, ſi quis geſta conciliorum veterum Canonice celebratorum legerit, ita reperiet, & eos, qui in hoc fundamentum vanum locarunt, juſte deridebit; nec obſtat, quod patres Conſtantienſes ſibi ipſis legem ſtatuerunt, quam diſſolvi nollent unione non peracta. ita enim poterant facere, & neceſſitas procurande unionis ita fieri expoſcebat; nullo uno indubitato pontifice in univerſa Eccleſia preſidente hoc ſecus. dicunt de bullis prenominatis, poſt eorum dampnatam ſententiam editis, in quibus ajunt Papam male de concilii autoritate ſentire, ſuam ſentenciam ex noviter productis juſtificando. Sed hec eorum dicta, ut alia omnia ſunt fumus caligine plenus, non enim in bulla Moyſes aut alia Conciliorum auctoritatem aut decreta Conſtancienſis Concilii dampnat, ſed hereticum intellectum Amediſtarum; nam Amediſte per totum orbem ſuas ineptias ad Conſtancienſe Concilium pro colore ſuo reducere nituntur, quaſi ipſis ſcisma faciendi Conſtancienſe Concilium

lium auctoritatem preſtiterit, hoc non eſt honorare ſed plaſphemare pocius ſacrum Conſtancienſe Concilium dicunt ipſi Concilium univerſale, univerſalem militantem Eccleſiam repreſentans, immediate a Xto habet poteſtatem, hoc ad ſanum intellectum ſecundum verba Concilii nemo negaret, quia Papa etiam de Concilio illo eſt, ymo caput ejus, ut non negavit eciam olim Baſilienſe Concilium, ſi enim eſt Caput Eccleſie vere, a majori & repreſentate in Concilio ſed dum ſubiciunt olim Arelatenſis & ſui ſequaces: nos conſtituimus illud Concilium, quia ſumus Baſilee, non obſtante, contradictione Eccleſie Romane, Ytalice Gallice Germanice Hiſpanice & Anglice, hinc poſſumus de papatu, Imperio, & omnibus regnis diſponere & omnes tenentur nobis obedire; certe iſtud eſt falſiſſimum & hereticum, quod autem hunc intellectum habuerint illi pauci opere oſtenderunt, preſertim in pretenſa ſentencia contra D. Noſtrum lata, ubi non obſtante contradictione omnium ſentenciam depoſitionis etiam in contradicentes niſi promulgare, tales preſumptiones & alias multas contra veritatem in praxi oſtenſas Caligine plenas Dnus noſter dampnat, non Concilium Conſtancienſe, quamvis per unam obedienciam hoc ſit determinatum, de qua ſanctitas ſua tunc non erat, ex quo Amediſte errorum ſuorum fulcimentum elicere ſatagunt,

tagunt, ymo in bono & vero intellectu potius illas ordinaciones quas ſanctitas ſua conciliares affirmat laudat & approbat, quam inficiat, ut ex tenore Bulle Moyſes rectum judicium habens clare poterit intueri.

Pudet amplius de intruſione *Amedei* olim Sabaudie ducis verba fundere, quam univerſus Xtianus orbis deteſtatur, nam illi temerarii viri primo absque omni ſententia omnia papalia nomine ſuperioritatis Concilii ſibi uſurparunt, quod ante nunquam legitur factum, & quoniam cum ipſis adhuc Apoſtolica ſedes quam penitus extinguere non poterant concurrebat, cogitabant per quandam pretenſiſſimam ſuſpenſionem, ad ſe omnem papalem auctoritatem ſua ſponte attrahere ſemper Eccleſia per orbem diſperſa contradicente, ſed ut ſe in principatu ſic uſurpato conſervaret, poſt injurioſiſſimam ſenteneciam ad electionem Antipape more Simearum ut ait S. Cyprianus, proceſſerunt, Simeae enim aliquid ſimile habent & operantur ut homines, beſtie tamen ſunt racione carentes, ita quidem et Scismatici iſti egerunt, tamen ſi hic locus eſſet cuncta impugnandi, famoſitates caligine plenas in omnibus eorum operibus facile patefacerem, nam primo tres elegerunt, qui habebant omnem poteſtatem, illi alios qui ſynodi auctoritatem in eligendo haberent, & multas tales fantaſias Ludibrioſas & ridendas in praxi

poſuerunt ſcismatico, primo notorium eſt, Eccleſiam ut ſepedictum eſt, illis contradixiſſe, cum ergo in electionibus debeat Conſenſus eſſe Eccleſie, cui preficiendus eſt preſenſus eſſe Eccleſie, cui preficiendus eſt prelatus, quia nullus invitis debet dari Epiſcopus 61. *d. nullus invitis*, & nulla racio ſinit, aliquem inter Epiſcopos haberi, qui non eſt per clerum Romanum electus de Papali Conſenſu. 23. *d. in nomine Domini.* 62. *d. nulla racio*, ſi igitur hoc eſt verum & negari nequeat, quia infinita ſunt jura ad hoc, quomodo vendicabant ſibi illi pauci poteſtatem, univerſe Eccleſie antiſtitem eligendi, qui nunquam illam habuerunt, & ex eo, quia Baſilee erant, eam minime acquirere potuerunt, Eccleſia eis expreſſe contradicente. dicunt nos omnes citavimus, ut venirent. fatua allegacio, putabat olim Arelatenſis ex eo quia ipſe fuit *Baſilee*, quod ideo ipſe & ſibi adherentes in Cardinales & Pontifices ſuis factionibus malis non acquieſcentes, citandi aut cohercendi poteſtatem acquiſiviſſet; mirares de tam calignoſo fumo, non enim ex loco Concilii cuiquam in Concilio aut omnibus ſimilis poteſtas accreſcit, ſed ex omnium conſenſu, unde niſi romani pontificis intereſſet auctoritas, cui omnes obedire tenentur, nemo ad conveniendum in Epiſcopos cohercicionem haberet, ita quidem de Metropolitano dicitur in provinciali, & optime Concilium 96. *d. bene quidem.* hanc comparacionem facit de papa quoad univerſale Con-

Digitized by Google

Concilium, & de metropolitano quoad provinciale, dicens utriusque conſenſum in ſuo Concilio neceſſarium, & quia abierat apoſtolicus legatus ex cauſa rationabili, & non interfuit apoſtolica cenſura, nec conſenſus Eccleſie fuit in his, que attemptabantur dignum riſu eſt, olim arelatenſem cum ſuis citacionem allegare, que emanavit a nullam poteſtatem habente. deinde ſi perſone ille, que de electione ſe intromiſerunt conſiderantur, nonne eo ipſo perjuri & Sciſmatici & excommunicati fuerunt, non ſolum, quia contra preſtitum juramentum apoſtolice ſedi de unitate conſervanda juxta *C. ſignificaſti, de elect.* eligere antipapam attemptarunt, ſed etiam quia contra juramentum in Concilio preſtitum temere venerunt, jurarunt enim in ſua incorporacione, ſanum Conſilium dare in his, ad que ſynodus congregata fuit, ſecundum nomina deputacionem, de pace fide reformacione, & acceſſerunt contra pacem & unitatem Eccleſie ad ſciſſuram peragendam, nonne de Sabaudienſi Dominio omnes majores fuerunt accurentes electionis tempore, quis cogitaſſet poſſe viros Eccleſiaſticos ita faſcinari, ut non verecundarentur cum juramento intrare conclave ad illum eligendum, quem non eligere non potuerunt, quem dudum principalis preſcivit hac arte preficiendum, cogitare debuiſſet, Deum aliquando vindicaturum hoc

 grande

Digitized by Google

grande nephas, ſcio neminem eorum unquam legiſſe aliquem unicum romanum pontificem valide & ſynodice dejectum, & eo vivente alium electum. ait enim textus. ſed vir. 7. Q. 1. Eccleſiam que recedit a pontifice ſponſo ſuo propter fornicacionem eo viventi accipere alium non debere, ita arguit S. Cyprianus Novacianum vivente *Cornelio* eligi non potuiſſe, *in C. factus eſt. c. c. & q.* dico notanter quando Eccleſia ſe ſeparat ab Epiſcopo ſuo propter fornicacionem enim, illamet Eccleſia ſe alteri copulare non debet, ut ibidem. quam provide & caute hoc dictum ſit, quisque bene intelligit, ſed non queſiverunt Amediſte Eccleſie ſalutem, alias abſtinuiſſent ab electione, ſed ſe ipſos ſemper queſierunt, hinc illum contra ſanctorum Patrum canones erigere niſi ſunt, cujus potentiam ad aſſequendum propoſitum juvarentur, eligerunt enim Laicum quem omnia jura dicunt ineligibilem, maxime ad pontificatum Romanum. 79. *d. ſi quis.* 23. *d. in nomine Domini.* & ob hoc anathemazizati & antichriſtiani cenſendi ſunt, ut ibidem. & ait ſancta magna ycumenica octava ſynodus, de Patriarcha Romano etiam hoc ipſum disponens, quod nemo de ſenatoria dignitate vel mundana converſacione nuper tonſus ſub intencione vel expectacione Patriarchatus honoris, clericus vel monachus factus, ad hujusmodi gradum ſcandere poſſit, licet per

per ſingulos ordines divini ſacerdotii plurimum temporis feciſſe probetur, neque enim propter timorem aut amorem Dei aut propter exſpectationem tranſeundi viam virtutum ſed ob amorem Glorie & principatus tonſus hujusmodi reperitur, ſi vero quis per nullam ſuſpicionem predicte concupiſcentie & expectacionis ſed propter ipſum bonum humilitatis que eſt circa Xſtum Jeſum abrenuncians mundo fiat clericus aut monachus & omnem gradum Eccleſiaſticum tranſigens per diffinita nunc tempora irreprehenſibilis inventus extiterit & probatus, ita ut gradu lectoris annum compleat, in ſubdiaconi vero Duos ſitque Diacanus tribus, presbyter quatuor annis, bene placuit ſancte & univerſali ſynodo, eligi hunc atque admitti; & infra ſi vero præter hanc diffinitionem noſtram quisquam ad jam fatum ſupremum honorem provectus extiterit, reprobetur & ab omni ſacerdotali operacione prorſus abiciatur, utpote qui extra ſacros Canones ſit promotus, hoc ibi. an autem Amedeus quandam religionem Laicalem aſſumens evaſerit ſuſpicionem, de qua in jam dicto canone, orbi notiſſimum eſt dudum ante annos plures omnes audivimus ſub ſpe papatus ipſum talem vitam aſſumpſiſſe, eligerunt igitur illum in ſupremum rectorem Eccleſie, qui nunquam Eccleſiaſticam ſubintravit militiam, contra ea que habentur 61. *d. in ſacerdotibus. & c. miramur.* & per totum. & quem magna ſynodus reprobari

bari & deponi jubet, & quem illi qui ſe Concilium reformatoriale in capite & membris predicant, abicere debuiſſet, ſi eum Petri ſedem occupare reperiſſent, hec ſic ſummarie dixerim, ut conſtet Dño noſtro ſanctiſſimo Eugenio objectiones Baſilienſium non obeſſe, quia vere fumus eſt caligine plenus obtenebrans oculos ſtolidorum ſermo eorum.

III.

Reſponſio data Ambaſiatoribus Regis Romanorum & Principum Electorum Florentie per olim Eugenium Papam in Conſiſtorio ſecreto in die Conceptionis MCCCCXLII.

De Venerabilium Fratrum noſtrorum ſancte Romane Eccleſie Cardinalium Conſilio reſpondemus ut ſequitur: Deſiderium Cariſſimi in Chriſto filii noſtri *Frederici* in Regem Romanorum Electi Illuſtris ac Venerabilium Fratrum, Dilectorum filiorum nobilium Electorum Imperii, in quantum pacem & unionem Eccleſie, ſicut eorum nomine dixiſtis, deſiderare videntur, in Domino commendamus. Verum nobis Univerſale Concilium in quo tota repreſentatur Chriſti Eccleſia, quod ſancte Apoſtolice ſedis concurrente Patriarcharum totius Orbis conſenſu firmavit auctoritas, admirabili Dei opera glōria

ria ſublimavit, illudque cunctis ſeculis celeberrimum reddidit, in quo etiam reliqua ad unitatem & pacem ac reformationem Eccleſie nec non dubiorum declarationem, ſi qua forent, ample & ſalubriter perfici poſſent, non ſufficimus admirari vos ex prefatorum Electi & Electorum parte ſupplicaſſe ut votum noſtrum ad alterius generalis indubitati Concilij convocationem conferre velimus, quaſi innuere volueritis hoc ipſum ſacrum univerſale Concilium & pro divinis illius operibus omni ſeculo venerabile dubium reputari, quod nihil aliud eſſet quam ſaluti innumerabilium animarum contraire, oppugnare fidem catholicam ac Dei ordinationi reſiſtere. Optaremus valde ut ij qui in tali errore tenentur, ratione inſtruerentur, quo rejectis ſtultis ac perfidis Baſilienſium dogmatibus doctrinam ipſius ſancte Apoſtolice ſedis, in qua Chriſtiana Religio ſemper inviolata permanſit, quanquam Dominus noſter Jeſus fidei matrem & magiſtram inſtituit, que etiam Generalia Concilia recte & rite celebrata cum omni veneratione ſuſcepit, ſicut & nos ſuſcipimus & amplectimur humiliter ſequerentur, ſimulque cognoſcerent, quam apertos inimicos & hoſtes ſpiritus ſancti ſe facerent, qui ut unitatis & pacis auctor tantarum gentium populos nationes & linguas multis retro ſeculis ab ipſa ſancta ſede Apoſtolica diſſidentes in unam fidei veritatem per noſtrum

&

& ipſius Concilij univerſalis miniſterium mirabiliter copulavit, qua de re, ſi quid ad pacem & reformationem Ecclesie ac dubiorum declarationem ſupereſſe videatur, in hoc ipſo universali Concilio recte atque commode abſolvi poteſt, quin etiam & alio convenientiori modo quam per convocationem novi Concilij his rebus bene conſuli poſſe dubium non eſt. ut tamen Electo & Electoribus predictis, quantum cum Deo valemus, morem geramus, Nos cum prefato Concilio Univerſali ad Almam urbem Romanam in Lateranenſem & Patriarcharum omnium Ecclesiarum primam transferre intendimus; indeque Prelatos aliquos & omni natione convocare, cum quibus an etiam aliud numerosius Concilium indicere expediat, & qui ad id admitti vel qui repelli debeant ac de modo in eo procedendi deliberemus, quo omni deformitate ac ſcandalorum occaſione ſublata veluti que ex novo procedendi modo his noſtris temporibus pernicioſe invaluit, obviare; ſuper quibus voluiſſemus conferre ſi ad ea veniſſetis inſtructi, quod cum factum non ſit, ut & vos requiſiti ſepius dixiſtis, intendimus Oratores noſtros ad prefatum Electum & Electores mittere qui cum eis de predictis conferre habeant, quanquam nullo modo videre poſſumus, qui cum eis ultra dicere valeamus, niſi eorum neutralitate ſeu animorum ſuſpenſione depoſita, quam Chriſti

ſti fides ignorat, ad priſtinam nobis & huic ſancte Apoſtolice ſedi reverentiam & obedientiam primo revertantur ut debent & ex ſalutis ſue neceſſitate tenentur, quo uno, ſi bene conſiderent, abſque alio labore unitas in Dei Eccleſia reintegrari poteſt & maxime cum non videamus, quomodo ad ipſum Concilium admitti & in eo conſedere debeant neutrales. Quodſi velut fideles & hujus ſancte ſedis Apoſtolice devoti effecerint, ut ſperamus & per viſcera miſericordie Domini noſtri Jeſu Chriſti requirimus, habita poſtmodum ſuper predictis collatione cum eis & Prelati vocandi ſunt cum alijs hic exiſtentibus, aliud etiam numeroſius Concilium indicendum ſuaſerunt, id Deo Auctore facere intendimus ac noſtrum tunc propoſitum reliquis Regibus & Principibus, qui Conſtantes permanſerunt nobiſcum in temptationibus noſtris & fideliter ſecuti ſunt, intimare, quatenus ipſis conſultis res ipſa celebrior & firmior & ſtabilior habeatur. ſupereſt ut dictos Electores & Electum hortemur in Domino, ut ſalubria monita ſuſcipientes, perditionis filios *Baſilee* exiſtentes Domum Dei cum tanta offenſa, noſtraque & hujus ſancte Apoſtolice ſedis nec non Prelatorum Regum & Principum & aliorum fidelium injuria amplius profanare non ſinant, ſed ipſis abjectis atque exterminatis nobiscum in Domo Dei ambulent cum conſenſu, quo dignos fructus Deo reddant & animarum ſuarum ſalutem cum Dei timore conſequantur.

IV.

IV.

Concilium Baſilienſe ad Univerſitatem Erfordenſem.

Sacro ſancta Generalis ſynodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam repreſentans Dilectis Eccleſie filijs Rectori Doctoribus & Magiſtris Univerſitatis ſtudij Erfordenſis ſalutem Omnipotentis Dei benedictionem. Sic Devotiones veſtras lucide res hucusque in Eccleſia geſtas cognoviſſe credimus, ut non neceſſarium arbitramur in auribus earundem Devotionum veſtrarum multa diſſerere de diuturnis & gravibus laboribus quos hec ſancta ſynodus pro ſuſtinenda univerſalis Eccleſie & ſacrorum Generalium Conciliorum auctoritate & fide Catholica pariter cum ſanctiſſimo Domino *Felice* PP. V. pertulit, ne illa que pro fide ipſa & animarum ſalute & reformatione Eccleſie in capite & in membris ex conſenſu totius orbis catholici in duobus Concilijs tam ſolemnibus Conſtantienſi & hoc Baſilienſi geſta, ordinata & decretata ſunt, in nihilum ruere ſinerentur, ne quoque proſcripta auctoritate univerſalium ſynodorum ad quam pro decidendis queſtionibus fidem concernentibus, pro edendis ſacris Canonibus in ſalubre regimen omnis vi-

te

te & actionis Chriſtiane pro unitateque in Concilijs Chriſti Eccleſie videlicet catholice conſervanda ſumimus ſemper recurſus etiam ab ipſis temporibus Apoſtolorum habitus eſt, deinceps hereſibus deformitatibus morum & ſcismatibus quedam effrenata pateſceret licentia, ſingularis autem nobis in ea re fuit preſtolatio ut inſignes prelati & incliti Principes qui in Romana verſantur curia primo & præcipue Principatuum terrenorum uti & aliorum litteratorum virorum illuminati doctrinis atque ſalutaribus orationibus perſuaſi ipſam Dei Eccleſiam in tantis jam calamitatibus & languoribus conſtitutam efficaciter adjuvarent, ejus auctoritatem a Chriſto Deo & ſalvatore noſtro donatam confovendo & ſuſtinendo ac juſtitie & veritati palam . . inherendo, in quam rem ſcimus etiam Devotiones veſtras multam hucusque operam contuliſſe, ſed nimium affligit univerſum gregem Chriſti, nimium animas & conſcientias Catholicorum perturbat longanimis in captanda concluſione dilatio, inde errores crescunt, veritas Katholica obtenebratur, auctoritatis & discipline Eccleſiaſtice vigor confunditur, juſtitia conculcatur, fides aſſidue leditur & niſi timentur dies mali admodum timendum eſt, ne omnis fere regio ducatur in errorem, jam itaque corda Prelatorum & Principum pulſent preclare veſtre doctrine ut absque ulteriore mora fidei

&

& Eccleſie ſuccurrant & clare ac manifeſte adhereant veritati preſertim in ea conventione quam apud *Francfordiam* proximo feſto ſancti *Johannis* inſtitutam intelleximus, Veſterque cetus aliquos Doctores in jure divino & humano eruditos ad eandem conventionem transmittat & omnibus modis ſibi poſſibilibus operam impendant ut non ulterius res tam neceſſariæ ſaluti publice cunctorum diſſimulentur, aut differantur ſed poſt varias dilationes poſt plurimorum animorum expiſcationes, fitigas & vexationes innumeras poſtque latiſſimas informationes in his rebus habitas tandem ſalubris concluſio captetur ad honorem & gloriam ſponſi Eccleſie Jeſu Chriſti qui veſtras Devotiones feliciter conſervare dignetur. Datum *Baſilee* XI. Kal. Junij. Anno a Nativitate Domini M°CCCC°. XLV°.

V.

Concilium Baſilienſe ad Univerſitatem Erfordienſem.

Sacroſancta Generalis ſynodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitime congregata univerſalem Eccleſiam Dei repreſentans Dilectis Eccleſie filijs Rectori Doctoribus & Magiſtris Univerſitatis ſtudij Erfordenſis.

In-

Digitized by Google

Inſtetimus jam longo tempore apud Prelatos & Principes ac univerſitates inclite nationis Germanice ut in negotijs Eccleſie ſalubrem concluſionem reciperent ad conſervationem fidei Catholice & auctoritatis conciliorum generalium ſicuti juſtitia & veritas exigunt, quod etſi obſiſtentibus varijs impedimentis nondum obtineri potuit, non tamen diffidimus quin Deo aſpirante in ea Dieta, quam apud *Norimbergam* prima Dominica Quadrageſime proxime futura indictam intelligimus tandem ipſa deſiderata pro publica ſalute concluſio ſequatur. nec in mentes noſtras incidit ut tot ſolemnes Prelati atque incliti Principes & alij docti & probi viri, qui illuc conventuri feruntur permittant veritatem corruere, fidem confundi auctoritatem univerſalis Eccleſie & generalium Conciliorum interire juſtitiam deperire & tam multos labores qui in Concilio Conſtantienſi & hoc Baſilienſi habiti ſunt in nihilum redigi. Opus autem eſt jam maxime ut in hac tanta neceſſitate rerum veſtre & aliorum litteratorum Virorum legis divine & ſacrorum Canonum peritiam habentium rectiſſime doctrine auribus inſonent cunctorum, quatenus excitentur omnium animi ad unanime auxilium veritatis & Catholice fidei ut quoque diſſipatis erroribus, ſemotis fluctuationibus, pacatis fluminibus pax & tranquillitas refloreant in Domo Domini ad ipſius gloriam & animarum ſalutem, quibus de rebus & ſincera in-

ten-

tentione hujus ſancte ſynodi plenius cum veſtris Devotionibus loquentur dilecti Eccleſie filij *Nicolaus Amici* ſacre Theologie Profeſſor Canonicus Cameracenſis & *Joannes de Rene* Decretorum Doctor Prepoſitus Aldenſalienſis oratores noſtri eosdem benigne audire & in dicendis per eos fidem creditivam adhibere velint ipſe Devotiones veſtre quas feliciter conſervare dignetur altiſſimus. Datum *Baſilee* Xij. Kal. Novembris Anno a Nativitate Domini M°CCCC°XLV°.

VI.

Bulla Eugenii IV. PP. qua Theoderico Archiep. Mog. ejusque ſucceſſoribus conceditur facultas declarandi decreta concilii Baſileenſis acceptata & ſuper iis dandi teſtimoniales.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili Fratri noſtro *Theoderico* Archi Epiſcopo Moguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tue fraternitatis ſinceritas quam ad Nos & ſedem Apoſtolicam habere dinoſceris & nuper operum ab effectu dum per Oratores tuos te ſub obedientia & devotione noſtra, firmiter ſtare & permanere velle alios ad ſimilia facienda per hoc alliciendo quamvis de illa nunquam dubii fuerimus

mus declaraſti promeretur ut peticiones tuas hiis preſertim per quas concordata & inita inter Nos Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum, *Fridericum* Romanorum Regem illuſtrem te Principes & Prelatos plures nationis Germanie manuteneantur ne ſuper illis difficultates inter contendentes oriantur ad exauditionis gratiam admittamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat quod licet nos nuper ſuper acceptatione certorum decretorum *) per Dive memorie *Albertum* Regem Romanorum illuſtrem te & alios Principes Electores illisque adherentes acceptatorum ac illorum qui in vim illorum quicquam conſecuti ſunt nee non pacificatione poſſeſſorum ad certam cum eisdem concordiam prout in diverſis aliis litteris noſtris, quarum tenores preſentibus ac ſi de verbo ad verbum hic inſerte forent devenerimus, nichilominus quia proviſio circa illa in genere loquitur nec poterant omnes quorum inter eſt ſpecificari cupis tales in tuis provincia Civitate & dioceſi Maguntinenſi ſpecificare ac de illis atteſtari nec non ubi petitum ſeu opus viſum fuerit declarationes facere poſſe tempore procedente. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum ut tibi ſuper hiis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur qui tales quorum intereſt ad preſens ſpecificare non valemus ſupplicationibus tuis hujus-

hujusmodi inclinati tibi quotiens opus fuerit ſuper acceptatione decretorum ac poſſeſſorum pacificatione juxta concordiam prefatam litteras tuas teſtimoniales tuo ac dilectorum filiorum Decani & Scholaſtici Majoris ac ſancti Petri extra & beate Marie ad Gradus intra muros Moguntinenſium eccleſiarum Prepoſitos pro tempore exiſtentes appenſis ſigillis ſigillatas & per Notarium publicum ſubſcriptas dandi concedendi & an ſub concordia & Generalitate prefatis hii quorum intereſt contineantur & per easdem intelligantur ſeu comprehendantur ac ſi preſentibus ipſi & adverſarii ſeu competitores eorum in dictis litteris noſtris nominatim expreſſi forent ita & taliter quod eis in judicio & extra fides adhibeatur declarandi & atteſtationes faciendi auctoritate Apoſtolica plenam & liberam tenore preſentium concedimus facultatem Datum *Rome* apud *ſanctum Petrum* Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto quinto Id. Februarii Pontificatus noſtri Anno ſexto decimo.

de Curia.

L. d. Caſtiliono.

*) Tria circa hæc decreta Concilii Baſileenſis 26. Martii an. 1439. Moguntiæ in ampliſſimo Regis Romanorum & Principum Imperii &c. Conventu acceptata noviſſime mota fuere dubia:

1mum.

rimum. An verum, legale & genuinum horum decretorum exemplar exiſtat?

2dum. an alicujus authoritatis, valoris ac ponderis ſint hæc decreta? &

3tium: utrum deducta fuerint in uſum? Ad hæc paucis reſpondeo & quidem ad primum: Originale & authenticum exemplar acceptationis Decretorum in Archivo Imperii Moguntiæ aſſervatur. Aliud originale, authenticum & priori per omnia ſimile repoſitum extat inter Chartas Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ *B. M. V. ad gradus Moguntiæ*; Qua ratione autem & via ad hanc eccleſiam devenerit? innuimus in Conciliis Moguntinis, novis acceſſionibus auctis, ſcilicet quod *Theodericus Ebbracht* hujus eccleſiæ Canonicus ipſi actui acceptationis præſens ut Orator *Alberti II.* Regis Romanorum facile potuerit hoc diplomate chartarium *B. M V. ad Gradus* ditare & exornare; Aliam viam hæc *Eugenii IV.* PP. bulla, quam brevibus notis illuſtratum imus, indigitat; Nominatus enim in ea Præpoſitus *B. M. V. ad gradus Joannes de Lyſura* per plures annos Baſileæ negotia Concilii pertractavit, eidemque Pontifex in commiſſis dedit, ut, quodſi Archi Epiſcopus Moguntinus ſuper acceptatione decretorum ac poſſeſſorum pacificatione litteras teſtimoniales ac declaratorias expediri fecerit, easdem litteras ipſe Præpoſitus & ſui in dignitate Succeſſores cum aliis in Bulla deſignatis ſigillis ſuis corroborarent. Neque hæc bulla data fuit pro *Theoderico* Archi Epiſcopo tantum ſed pro Succeſſoribus etiam, ut verba docent: *cupis tales in tuis provincia, civitate & dioceſi Maguntinenſi ſpecificare ac de illis atteſtari, nec non ubi petitum ſeu opus viſum fuerit, declarationes facere poſſe* TEMPORE PROCEDENTE.

Pro exiſtentia ergo acceptationis Decretorum ſat ſuperque comprobanda ſufficit exemplar ſub ſacro Depoſito & Cuſtodia Archivii Imperialis uti & alterum in Eccleſia ad gradus Moguntiæ aſſervatum. Item illud in *MS. Codice Vallicellano lit. B. nu.* 19. *pag.* 10. *ad* 14. *à Raynaldo Baronii Continuatore Tom. XVIII Annal. Eccleſ. pag.* 212. allegatum &c. Quodſi Archivia eorum, qui acceptationi intererant, curatius excutiantur, quin plura prodeant exemplaria, non dubitandum. Acceptarunt autem decreta Archi Epiſcopus Mog. pro ſe, eccleſia & cunctis comprovincialibus & clero ſuis ac illuſtriſſimo Principe & Domino *Friderico* Marchione Brandenburgenſi, ſacri Imperii Archi Camerario, principe Electore & Burggravio Nurembergenſi, D. Archi Epiſcopus *Colonienſis* pro ſe ac Eccleſia ſua, Domini vero Archiepiſcopi *Treverenſis* pro ipſo ac Eccleſia Treverenſi & clero ſuis, dehinc Dominorum *Saltzburgenſis* & *Magdeburgenſis* Archi Epiſcoporum Oratores, Ambaſiatores & Procuratores in inſtrumento nominati quorum quilibet ſine dubio exemplar acceptationis pro norma futuri ævi ſecum aſportaverit.

Inſtrumentum hoc acceptationis Decretorum in Elencho Conciliorum Mog. an. MDCCLXI. editum eſt in libello ad quem hæc documenta ſe referunt.

Secundi dubii ratio videtur eſſe, quod Concilium Baſileenſe primitus equidem legitime congregatum, tandem vero in Conciliabolum deſierit. Ratio autem iſta penitus infirmatur, cum Decreta ſæpe ſata non ut decreta Concilii ſed ut nova leges fundamentales Eccleſiæ Germanicæ ſalutares & proficuæ conſiderantur quæ in Conventu Moguntino ſalvis etiam modificationibus accepta-

acceptatæ & a ſummo Pontifice comprobatæ fuerunt. Quid enim authoritatis illud habeat Concilium, e cujus ſeſſione prima ſolummodo decretum unum, ex undecim ſequentibus nullum, ex duodecima unum e ſeſſionibus decima tertia & quarta nullum, e decima quinta tantum aliqua &c. admittuntur & decretorum modificationes declarationes & limitationes adhuc reſervantur?

Quod vero *tertio* Decreta ſæpiſſime nominata ſuum ſortita fuerint effectum, præſens Eugenii bulla comprobat & teſtantur ſtatuta ſynodalia *Theoderici* Archi Epiſcopi Moguntini de anno MCCCCLI. cujus caput primum ſic ſonat: *Primo ſynodus ſancta acceptat ordinationem ſive decretum ſacri Baſilienſis Generalis Concilii: de Provincialibu & diœceſanis Conciliis celebrandis editum ac dudum per Nationem noſtram acceptatum in antea practicari & obſervari precepit. . . tenor vero ſtatuti Baſileenſis Concilii. . . eſt talis: ſacroſancta Generalis ſynodus Baſil. in ſpiritu S. legitime congregata univerſalem Eccleſiam repreſentans ad perpetuam rei memoriam. Pridem hec ſancta ſynodus quoddam ſaluberrimum promulgavit decretum pro ſtabilitate & robore Generalium Conciliorum, quorum frequens celebratio precipua eſt agri dominici cultura, verum cum ad eandem culturam non dubium ſit pertinere Epiſcopales ſynodos & Concilia provincialia &c.*

Huic Concilio, Provinciali intererat *Nicolaus* tit. *Sancti Petri* ad vincula Cardinalis & Apoſtolicæ ſedis Legatus, qui conſtitutiones ejuſdem ſic confirmavit: *Quoniam captas concluſiones per vos Rmum in Chriſto Patrem Dnum Theodericum Archi Ep. Mog. conſentientibus comprovincialibus veſtris legi audivimus & eas reformationi quam querimus, judicavimus plurimum profuturas ipſas. . . ratas & gratas habentes*

bentes authoritate Apoſtolica nobis tradita in Dei nomine confirmamus &c.

Extant quoque plures ſynodi diœceſanæ, quæ unum alterumve decretum ex acceptatis pro temporum ratione & circumſtantiis innovarunt &c.

VII.

Nova Vnio Regis Romanorum cum Electoribus aliisque Principibus in Bonum Pacis Eccleſiae & Imperii.

Von Gottes gnaden Wir die Nachgeſcriebene Dieterich des heiligen Stuhls zu Mayntz Ertzbiſchoff, des heiligen Römiſchen Reichs in teutſchen Landen Ertz-Cantzler, Peter zu Augſpurg und Silveſter zu Chymſee Biſchöff, Jacob Marggraf zu Baden und graff zu Spanheim, Albrecht Marggraf zu Brandenburg und Burggraff zu Nürnberg, Caſpar Herr zu Weiſskirchen Cantzler, Aeneas Silvius Thomherr zu Triendt Meiſter Hartung von Capelle Lehrer beyder Rechten, des allerdurchläuchtigſten fürſten und Herrn Herrn friederich Römiſchen Königs &c. Vollmächtig ſendtbotten nach laut des Königlichen Machtbriefs darüber lautend, Meiſter Peter Knorre Probſt zu Wezlar und Meiſter friederich Seſſelmann Docto-

Doctores Machtbotten des hochgebohrnen fürſten und Herrn Herrn friederichs Marggraffen zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs Ertzkämmerer und Burggraff zu Nürnberg, Wir Meiſter Heinrich Leübing pfarrer zu Nürnberg und johannes Thauwer Doctores, des Hochwürdigen fürſten unſeres gnädigen Herrn Herrn Antonius Biſchoff zu Bamberg Machtbotten, und wir Johanns Marggraff zu Brandenburg und Burggraff zu Nürnberg für den, wir Marggraff Albrecht obgemelt uns mächtiglich annehmen Beckennen mit dieſem Brief nach dem und viel mühe und arbeit mannigfältiglich geſchehen ſeynd damit die irrung und zweytracht in dem Concilio zu Baſel gehalten widder unſeren heiligen Vatter Babſt Eugenium auferſtanden abgethan, und deshalb die heilige gemeine Chriſtliche Kirch deſto volliger fried und ruhe gewinnen mögte, und dieweil nun der egemelt unſer gnädigſter Herr der König und wir zuletzt durch ſolche unſere mühe und arbeit nach meynung und begriffen etlicher bündnus undt einung auf unſer fleiſige begird von dem egenanten unſerem heiligen Vatter erlanget haben ein antwort die uns duncket gnüglich und redlich damit die heilige Kirch deſto friedlicher nach gelegenheit aller ſachen zu frieden Kommen mag, und wir auch von andern Chriſtlichen Königen und getzungen nit geſchieden werden, inmaſen des andern überckommen und

 be-

beſiegelt, Klärlichen innhalten, das wir Gott dem Allmächtigen zu Lob, dem heiligen ſtuhl zu Rom zu ehren, und auf daſs das heilige Reich deſto minder zuertrennet werde teutſchland in einigckeit deſto bas bleiben, und zwiſchen uns deſto mehrer trew, lieb und freundtſchafft damit wir ſonſt einander gewant ſind beſtehen und währen möge uns vereiniget haben, und vereinigen uns gegenwärtiglich in Krafft dieſes briefs, auf ſolcher obgerührter erbar gottlicher meynung beyeinander zu bleiben. und von einander nit zu ſcheiden, es wäre dan, daſs wir durch ein unzimlich gemein Concilium eines beſſeren unterwieſen würden, ohne alles gefehrde. und umb das denen dingen in denen vorgemelten verſiegelten ſchrifften begriffen, deſto volliglicher nach nothdurfft der heiligen Kirchen nachgegangen werden, und wir in des obgenanten unſers heiligen Vatters des Babſtes und des ſtuhls zu Rom gehorſam in obgeſchriebener maas bleiben als Chriſtlichen fürſten zugehört; wäre es dan, ob von jemants in ſolchen unſern guten willen und meynung einige irrung oder eintrag geſchehen, oder zu geſchehen unterſtanden würde, da Gott für ſeye, dannoch ſollen wir uns voneinander nit ſcheiden und ob uns allen oder etlichen mit feindſchafft proceſſen oder andern, wie das zuginge, widderwärtigckeit begegnete, das ſoll uns alle gleich ſamtlich antreffen, und unſer einer ſoll

ſoll ſich von dem andern nit trennen laſſen, ſondern unſer iglicher ſoll dem andern, dem das noth geſchiehet ohne verzug darin und dawidder getrewlich, beygeſtändig, berethen und beholffen ſeyn mit ſeiner Ritterſchafft ſeinen ſchloſſen, ſtädten, landen und leüthen, und mit ſeiner gantzen macht, als lang deſſen noth würde ohne intrag, hindernus, widerrede und ohne gefehrde über das alles ſoll der obgenant unſer allergnädigſter Herr der Römiſche König, auch die obgemelte Herrn alle und iglicher beſonder in dieſer einung begriffen und alle und igliche andere, die in dieſe löbliche Verbindung gezogen und kommen würden, als ein Römiſcher König und Vogt der heiligen Kirchen gnädiglich und getrewlich, nemblich in ſolchen obgemelten ſachen der heiligen Kirchen ſchuren, ſchirmen, verteidingen handhaben, ihnen auch hülff, beyſtand und Rath mit Königlicher Krafft und macht, wann das noth geſchihet, thuen, damit ſolche irrung und widderwertigckeit beyde für kommen u,nd wo die vorhanden wären, gantz abgeſtellet werde, und ſich darinnen keinerley ſach irren oder hindern laſſen, ſondern alles das thuen, das zu ſolchen dingen nothdürfftig und ein Römiſcher König gegen denen ſeinen in ſolcher Chriſtlicher ſach zu thuen ſchuldig iſt ohne intrag, widderred getrewlich ohne alle gefehrde; doch hierin uns Marggraff Jaco-

 ben

ben vorbehalten, nach laut des briefs den wir hinter unſern obgemelte herrn und freundt den Ertzbiſchoff von Mainz niedergelegt haben zu getreüen händen. Wir vorgemelte Herrn alle gemeinlich und ſonderlich nehmen hierinn auch aus ſolche einung bindtnus und Burgfried die wir vor data dies Briefs, doch dieſe der heiligen Kirchen ſach nit berührend, verſchrieben, gelobt, und geſchworen haben, das wir denen mögen gnug thuen, und ob wir alle oder unſer einer oder mehr inſonderheit, dem oder denen es anderer verſchreibung halben zu thuen gebührlich wäre, uns fürbaſſer würden verbinden, die oder derſelbe ſolten doch ſolche nachgehende Bündtnüſs die heilige Kirch anrührend, gantz ausnehmen, damit ſie nit geckräncket, ſondern der völliglich nachckommen und gnug gethan werde ohne intrag oder gefehrde auch ſo mögen wir ſamtlich und unſerer iglicher beſonder, alle und igliche fürſten und herenn zu uns in dieſe einung ziehen und nehmen die dan mit uns auf ſolcher guter Leuth Chriſtliche meynung verbunden ſeyn wollen alles deſſen, das vorgeſchrieben ſtehet; wen auch unſer iglicher darin bringet, das ſolle er allemahl fürderlich uns denen andern verckünden, uns darnach zu richten. ſolches alles veſt und ſteth zu halten haben Wir Ertzbiſchoff Diederich fur uns und die obgenannte unſeres allergnädig-

ſten

ſten Herrn des Königs Vollmächtige ſendtbotten für denſelben unſern Herrn den König: und wir die obgemelte Peter Biſchoff zu Augsſpurg, Marggraff Jacob, und Marggraff Albrecht auch für uns ſelbſt und wir obgemelte Meiſter Peter und Meiſter friederich für unſern gnädigen Herrn Marggraff friederich, und wir Meiſter Henrich Leübing und Johannes Thauwer für unſern gnädign Herrn von Bamberg, und wir Marggraff Albrecht fur uns und unſer Obgemelten lieben bruder Marggraff Johannſen dieſen brief zu urckund und beſſerer ſicherheit verſiegelt und einander mit handgebenden trewen geredt, verſprochen und gelobt ohne arg und gefehrde. Und Wir obgemelt unſeres gnädigſten herrn des Römiſchen Königs, Auch Marggraff friederichs, und des von Bamberg machtbotten, und wir Marggraff Albrecht für unſern Bruder Marggraff Johanſen ſollen dieſer Bündtnuſs betreffung unter unſerer obgemelten Herrn, und Bruders eigenen Ingeſiegelen nach nothdurfft beſtellen und ausrichten dem egenanten unſerem Herrn von Mayntz zu antworten ſo förderlichſt das ſeyn mag geben zu franckfurt Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto an ſanct Mauritius Tag.

VIII.

Concordata Principum Francofordienſia.

Wir dieſe hieunten geſchrieben, beckennen offentlich mit dieſem Brief für allermänniglich, nach dem uns unſer Heiliger Vatter Pabſt Eugenius uf ein gewerb, durch unſern gnädigen Herrn den Romiſchen König und die Churfürſten an ſein Heiligckeit kommen, hie uf dem tag darumb zu franckfurt gehalten, geantwort hat: zum Erſten, daſs Unſer Heiliger Vatter der Babſt geruhe in einer bequemen zeit, ein gemein Concilium zu beruffen an den fünff ſtädt eine, die ihme benant ſeyn, daruf ſein Heiligckeit, durch ſeine ſendbotten Herrn Johann Carvaial und Meiſter Niclaſs Cus, in Krafft einer Credentien, hat laſen antwortten, das ſein Heiligckeit ein Gemein Concilium, das die Heilige gemeine Chriſtliche Kirch bedeutend iſt, gern beruffen wolle, und dieweil genehmigckeit anderer getzunge und Chriſtenlicher Könige, nach gelegenheit dieſer zeit darzu nothdürfftig iſt, darum nun ſein Heiligckeit ſich erbietet zu eynen mit dem Römiſchen König, und den Churfürſten zu ſenden, damit ſolche genehmigckeit erlanget werden möge, und

und zu allen anderen weegen. die den Römiſchen König und die Churfürſten, ſolche genehmigckeit zu erlangen, nothdürfftig beduncket. Zu dem andernmahl, das ſein Heiligckeit verjähe und beckenne, den gewaltſam, Ehre und Oberckeit, die die heiligen Concilia haben ſollen, als in dem geſätz frequens und anderen geſätzen in dem Concllio zu Coſtantz geordnet, und zu Baſel erneuet, begriffen iſt, daruf ſein Heiligckeit hat laſen antworten Er verjähe und erckenne, den gewaltſam, Ehre, und Oberckeit, die die heiligen gemeinen Concilia, die heilige gemeine Chriſtenliche Kirch bedeutent, als ſolches das geſätz frequens, und andere geſätze, in dem Concilio zu Coſtantz gemacht, und zu Baſel, da es noch ein gemein Concilium durch die Welt gehalten worden iſt, erneuet ſeyn, innhalten; Zum drittenmahl, daſs ſein Heiligckeit die alte beſchwerung abſtellen, und germaniſchen getzunge nach der form der ufgenommen decret, nach nothdurfft, unterſcheid und gelegenheit deutſchen getzunges, verſehen wolle, daruff nun ſein Heiligckeit hat laſſen antworten, daſs er keine beſchwerung in Germaniſche nation eingeführt habe, ſondern das ſein Heiligckeit ſolcher gerechtigckeit, die mann dem Römiſchen ſtuhl pflichtig iſt, in den gröſten nöthen der Kirchen emporen haben und das ſich vormahls ſein Heiligckeit, durch ſeine Legaten erbotten

habe,

habe, über die alte Beſchwerungen, ein Verſehung zu thun, und ſich nun darzu aber willig erbietet, und meldet das er nach nothdurfft unterſchied, und gelegenheit der Nation, gern verſehen und verſorgen wolle, denen die ſolches begehren auch nach meinung der aufgenommenen decret und an den enden, da ſie ufgenommen ſeyn, in getrauen, daſs der Allerdurchleuchtigſt fürſt der Römiſche König und die Churfürſten und die würdige Nation, dem heiligen ſtuhl zu Rom, ohne der ſtadt, ein wiederſtattung thue, wie dan ſolch gewerb in den Babſt und des Babſtes antwort mit mehr worten inhaltet, und auch nach dem und wir verſtanden haben, daſs ſeine Heiligckeit die zwey Herrn von Tryer undt Cölln wieder innſetzen und reſtituiren wolle. Alſo fern ſie in ſeinen gehorſamb tretten wolten, und dieweil die Bäbſtliche ſendtbotten ſolchen uf dieſem tag mit nothdürfftigen Bullen nit vollziehen konten, darumb, daſs die Minuten der Bullen, die darüber begriffen waren, alsdan offentlich erzehlt iſt, zu Rom, dem Babſt nit ubergeben ſeye, und uns ſolche antworten, ſo fern der nach möglichckeit und billigckeit nachgegangen wird, ein redtlich gnüglich antwort bedünckt, daſs wir überckommen und einig worden ſeyn, auf ſolche redliche weeg bey einander zu ſeyn und zu bleiben, und umb deswillen ein treffliche

bott-

bottſchafft zu Babſt Eugenio fürderlich zu ſchicken, alſo ausgericht, daſs die Botten darüber und daran ſeyn, damit unſer heiliger Vatter der Babſt ſolcher zuſag nachckomme und deſſen nothdurfftige Verſorgnuſſ nach möglichckeit und billigckeit thuen, und deſſen ſeine Bullen übergeben ſolle, in maſſen deſſen denen Botten ein verſiegelter zettel, darinn unſere meynung ſtuckweis verzeichnet ſtehet, übergeben iſt, und das auch die Botten mit ihnen nehmen und haben, ſollen ein Declaration, der wir hie einig worden ſeyn, und wan unſer Heiliger Vatter der Babſt ſolche Verſorgnuſſ und Bullen übergeben will, als vorgemelt iſt, ſollen die ſendtbotten die declaration auch übergeben, und ſeiner Heiligckeit antworten, alſo, daſs eins mit dem anderen zugehe ohngefehrlich, und iſt ſonderlich beredt daſs darumb ein tag gehalten werden ſoll, uf den ſontag Laetare in der faſten nächſtkünfftig zu Nürnberg, dahin unſer Herr der Römiſche König und wir andere Ertzbiſchoff fürſten geiſtlich und weltlich in dieſer eynung begriffen kommen oder aber ohne ferner beſenden und ausſchreiben, unſer vollmächtig Bottſchafft ſchicken ſollen, alsdan der ſendtbotten die zu dem Babſt gefertiget ſeyn, gewerb und handlung und waſs ſie als vorgemelt iſt, ausgericht haben, verhören ſollen; und fügte ſichs, das der Babſt ſolches nit thuen wolte, als vorgemelt iſt, oder

oder das er binnen der zeit, als man die ſach bey ihme arbeiten ſoll, von todtswegen abginge, alſo, daſs die kein End oder fürgang gewinnen mögte, ſo ſolte die ſendbotten die ercklärung und andere ihre inſtruction wieder heim zu land bringen und die uf dem egemelten tag zu Nürnberg unſern Herrn oder denen unſern übergeben und antworten, und als dan ſollen und wollen Wir fürter zu Rath werden, handlen und bechlieſſen, Was nach gelegenheit der ſach zum Beſten fürzunehmen ſeye, und waſs daſelbſt durch unſern Herrn den Römiſchen König und uns andern oder ſeiner gnaden und unſer Machtbotten ungefehrlich fürgenommen und beſchloſſen wird, daſs das ſicherſt und gutlichſt ſeyn möge, dem wollen wir nachckommen unverſcheidlich, ohne arg und ohne alles gefehrde.

Vnd von Gottes Gnaden Wir Dieterich des heiligen Stuhls zu Mayntz Ertzbiſchoff, des heiligen Römiſchen Reichs in teütſchen Landen Ertz Cantzler, Peter zu Augſpurg und Silveſter zu Chymſee Biſchoff, Jacob zu Baden und Alberecht zu Brandenburg Marggraffen, Caſpar Herr zu Weiſs-Kirchen Cantzler &c. Eneas Silvius Thombherr zu Triendt, und Meiſter Hartung von Cappel Lehrer beyder Rechten, unſers allergnädigſten Herrn Herrn friederichs Römiſchen Königs &c. Machtbotten, Petrus Knorr Probſt

Probſt zu Wetzlar und Meiſter friederich Seſſelmann des hochgebohrnen Fürſten unſers gnädigen Herrn, Herrn friederich Marggrafen zu Brandenburg des heiligen Reichs Ertz-Cammerer ſendtbotten, Meiſter Friederich greue Cantzler und Meiſter Hanns Heſſe des Hochwürdigen unſers gnedigen Herrn Herrn friederichs Ertzbiſchoff zu Saltzburg, Meiſter Andreas Parrherr zu Dantzig und Ludwig von Erlichshauſen Vogt zur Leipp des Ehrwürdigen Herrn des hohen meiſters teutſchen Ordens, Meiſter Henrich Leubing Parrherr zu Nürnberg und Meiſter Johann Thauwer Doctores unſers gnädigen Herrn von Bamberg, Meiſter Conrad Bladeck meins gnädigen Herrn von Paſſaw, Meiſter Nicolaus Gundelfinger Vicarius meines gnädigen Herrn von Coſtantz, für beede ſtifft Coſtantz und Chur Unſerer gnädigen Herrn obgemelt zu ſolchen vorgemelten ſachen machtbotten haben uns dieſer obgeſchriebener meynung gantz vereint, und ſind daruff unverſcheidlich blieben, dem nach zu gehen, und wir Churfürſten und fürſten von unſers egemelten Herrn des Königs und unſers ſelbſt, und wir ſendbotten von unſerer obgemelten Herren wegen wollen und ſollen alle obgeſchriebene ſach gäntzlich vollführen getrewlich alle gefehrde darinn gäntzlich ausgeſcheiden Und des zu Urckund haben wir obgemelte fürſten und ſendtbotten unſer Ingeſigel und Secrete an dieſe ſchrifft wiſſentlich gedruckt

zu

zu urckund aller obgeſchriebenen ſach, geſchehen zu franckfurt Am Mitwochen nach Sanct Franciſci tag in dem jahr unſeres Herrn tauſend vier hundert ſechs und viertzig.

IX.

In Conventione Aſchaffenburgenſi varia Concluſa.

Placuit convencioni Aſſchaffenburgenſi proteſtatio, unionem & fedus dominorum principum manuteneri & defendi usque ad deliberationem effectualem.

Receptum eſt ab omnibus, ut unusquisque ſuffraganeorum, gravamina, impetraciones & innovaciones contra premiſſam proteſtacionem aut alias in prejudicium Eccleſie ſue aut ſubditorum ſuorum a quacunque parte contra dictum, *) preſertim durante tempore proteſtacionis impetratas ſive conceſſas, impetrata ſive conceſſa conſignari faciat. Tandem poſtquam deliberatum fuerit, cui parti unanimis adheſio firi debeat, precaveatur indempnitas eccleſie, aut ſubditorum, in quorum prejudicium premiſſa vergere videantur, & hoc per viam revocationis, reſtitucionis & aliam viam, prout domino metropolitano & ſuffraganeis ſuis videbitur expedire. Avi-

*) Subintell. *Eugenium.*

Digitized by Google

Aviſatum eſt concilium, ut dum ſuffraganei ſe viciſſim & una cum domino metropolitano conſtringant de non inclinando, vel recuperando aliquam partem non prius & ante omnia ea, que per partes contendentes alium, vel alios, quemcunque, vel quoscunque durante dicta proteſtacione in præjudicium, leſionem ſeu gravamen directe vel indirecte domini Metropolitani ſuorum ſuffraganeorum, Eccleſiaſticorum dominiorum collegiorum prelatorum, perſonarum & ſuorum ſubditorum, quorumcunque eciam contra fedus proteſtacionis & unionum, dudum per ſacri Romani Imperij principes Electores aut alios metropolitanos initos, vel eciam contra decreta dudum ſalvis modificationibus accepta in judicio vel extra, ſeu alias quomodolibet obtenta, impetrata, vel conceſſa ſunt, obtinebuntur, impetrabuntur, vel concedentur, eciam motu proprio in genere vel in Specie, quocunque nomine cenſeantur; revocentur, caſſentur, annullentur, & omnia in priſtinum ſtatum reformentur & conſtituantur, & pro inſertis habeantur, ac ſi hujusmodi impetracio, conceſſio, impetraciones, ſeu conceſſiones nunquam emanaſſent, ſed omnia & ſingula immediate dicta proteſtacione per ordinarios eciam quoscunque vel eorum alterum, aut cujuslibet eorundem acta, facta & geſta per eosdem tempore proteſtacionis predicta bona fide calumpnientur, nec eciam, quod proviſum eſt

Bayerische Staats... M...

per concordiam, in noxam, lites & jurgia convertatur.

Item ſi aliquis cujuscunque ſtatus, condicionis, ſeu gradus fuerit, obtentis ſeu obtinendis, impetratis ſeu impetrandis conceſſis vel concedendis hujusmodi quomodolibet uſus fuerit eciam proteſtacioni unioni & federi dictorum principium quorumcunque ceſſantibus penis in dicta proteſtacione contentis eo ipſo ſubjaceat, quas ſiquidem penas quisque dioceſanorum in contrafacientem ſeu contrafacientes ſtrictiſſime exequetur, ſeverius eciam proceſſurus, ſi contemptus qualitas depoſcit & requirit.

Item tenentur quilibet dioceſſanorum metropolitane noſtre eccleſie Maguntine ſubjectorum per totam dioceſim ſuam presbyteris miſſam celebraturis injungere, ut imponant unam ſingularem collectam, in qua divinum invocetur auxilium, ut matrem noſtram ſanctam dei eccleſiam univerſalem per pacis & tranquillitatis incrementa cicius conſoletur.

Item teneatur quilibet ſuffraganeorum ſuper premiſſis firmiter & fideliter proſequendis dominum noſtrum Metropolitanum per patentem ſuam literam ſeu inſtrumentum publicum ſigillo cujuslibet munitum in opido Fran-

Francofordenſi in feſto *omnium ſanctorum* proxime accedente modis omnibus certificare.

Item ut univerſi & ſinguli ſubditi premiſſis tenacius inhereant & obediant, poſtquam per dominos ſuffraganeos acceptata & gratificata fuerunt veluti preſentes *deſunt Nomina.*

Placuit ut omnia & ſingula premiſſa publicentur, & predicentur, ne quis per ignoranciam ſe audeat a premiſſis ſubtrahere & excuſare.

X.

Concordata Nationis Germanice per Papam Nicolaum & Fridericum Imp. 1448.

In nomine Domini Amen Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo octavo die decima ſeptima menſis februarij inter ſanctiſſimum in Chriſto Patrem ac Dominum noſtrum Dominum Nicolaum divina providentia papam quintum Apoſtolicamque ſedem ac Nationem Alamonicam ſanctiſſimi Domini noſtri & ſedis eorundem nominibus per Reverendiſſimum in Chriſto patrem ac Dominum Johannem ſacro-

croſanćte Romane Eccleſie Cardinalem legatum ad Nationem Germanicam de latere miſſum plena in ea parte auctoritate & poteſtate munitum & pro ipſa natione Alamanica per glorioſiſſimum Principem ac Dominum noſtrum Dominum Fridericum Romanorum Regem ſemper Auguſtum &c. plurimorum ſacri Romani Imperij Electorum aliorumque ejusdem nationis tam Eccleſiaſticorum quam ſecularium Principum conſenſibus accedentibus concluſa laudata & acceptata ſunt concordata ſubſcripta. Sanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa quintus ſuper proviſionibus Eccleſiarum beneficiorumque quorumcunque utetur reſervationibus juris ſcripti & conſtitutionibus Execrabilis & Ad regimen modificatis ut ſequitur Ad regimen Eccleſie Generalis quanquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati gerimus in noſtris deſiderijs ut debemus quod per noſtre diligentie ſtudium ad quarumlibet Eccleſiarum & Monaſteriorum regimina & alia beneficia Eccleſiaſtica juxta divinum beneplacitum & noſtre intentionis affectum viri aſſumantur ydonei qui preſint & proſint comittendis eis Eccleſijs Monaſterijs & beneficijs prelibatis, premiſſorum itaque conſideratione inducti & ſuadentibus nobis alijs rationabilibus cauſis nonnullorum predeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inherentes omnes Patriarchales Archiepiſcopales Epiſcopales Eccleſias Monaſteria Prioratus dignitates

tates Perſonatus & Officia nec non Canonicatus & Prebendas & Eccleſias ceteraque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura ſecularia & regularia quecunque & qualiacunque fuerint etiamſi ad illa perſone conſueverint ſeu debuerint per electionem ſeu quemvis alium modum aſſumi nunc apud ſedem Apoſtolicam quocumque modo vacantia & inpoſterum vacatura nec non per depoſitionem ſeu privationem ſeu translationem per nos ſeu auctoritate noſtra factas & in antea faciendas ubilibet nec non ad que aliqui in concordia ſeu diſcordia electi vel poſtulati fuerint quorum electio caſſata ſeu poſtulatio repulſa vel per eos facta renuntiatio & admiſſa auctoritate noſtra extiterit ſeu quorum electorum vel poſtulatorum & in antea eligendorum vel poſtulandorum electionem caſſari ſeu poſtulationem repelli aut renuntiationem admitti per nos aut auctoritate noſtra continget apud ſedem predictam vel alibi ubicunque & etiam per obitum Cardinalium ejusdem Eccleſie Romane aut officiariorum dicte ſedis quamdiu ipſa officia actualiter tenebunt videlicet Vice Cancellarij Camerarij ſeptem Notariorum Auditorum litterarum contradictarum & Apoſtolici Palatij cauſarum Auditorum Correctorum Centum & unius ſcriptorum litteratarum Apoſtolicarum & viginti quatuor Penitentiarie prefate ſedis & viginti quinque Abbreviatorum nec non ve-

 rorum

rorum commenſalium noſtrorum & aliorum viginti quinque Capellanorum ſedis ejusdem in Ephitaſio deſcriptorum & etiam quorumcunque legatorum ſeu collectorum ac in terris Romane Eccleſie Rectorum & Theſaurariorum deputatorum ſeu miſſorum hactenus vel deputandorum aut mittendorum inpoſterum vacantia & in antea vacatura ubicunque dictos legatos vel collectores ſeu rectores aut Theſaurarios antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint rebus eximi contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuſcunque negotijs ad Romanam Curiam venientium ſeu etiam recedentium ab eadem ſi in locis a dicta curia ultra duas dietas legales non diſtantibus jam forſan obierint vel eos in antea ab hac luce tranſire contigerit etiam ſimili modo quorumcunque curialium peregrinationis infirmitatis ſeu recreationis vel alia quacunque cauſa ad quevis loca ſecedentium ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas legales non diſtantibus jam forſan obierint vel eos in antea ab hac luce tranſire contigerit etiam ſimili modo quorumcunque curialium peregrinationis infirmitatis ſeu recreationis vel alia quacunque cauſa ad quevis loca ſecedentium ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas ab eadem curia ut premittitur non remotis dummodo eorum proprium domicilium

lium non exiſtat ibidem jam forſan deceſſerint vel inpoſterum eos contigerit de medio ſubmoveri & nunc per obitum hujusmodi vacantia vel inpoſterum vacatura Rurſus Monaſteria Prioratus & Decanatus dignitates perſonatus Adminiſtrationes Officia Canonicatus Prebendas & Eccleſias ceteraque beneficia Eccleſiaſtica ſecularia & regularia cum cura vel ſine cura quecunque & qualiacunque fuerint etiam ſi ad illa perſone conſueverint ſeu debuerint per Electionem ſeu quemvis alium modum aſſumi que promoti per nos vel auctoritate noſtra ad Patriarchialium Archiepiſcopalium & Epiſcopalium Eccleſiarum nec non Monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc quocunque modo vacantia aut inpoſterum vacatura nec non etiam que per aſſecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum Perſonatuum Officiorum Canonicatuum Prebendarum Eccleſiarum aut beneficiorum aliorum per nos ſeu auctoritate noſtrarum litterarum immediate collatorum ſeu conferendorum inpoſterum preterquam ſi virtute gratie exſpectative aſſecutio fiat nunc vacantia & in antea vacatura plena ſuper premiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione prehabita & matura deliberacione ſecuta ordinacioni diſpoſicioni ac proviſioni noſtre de ipſorum fratrum conſilio aucto-

 ritate

ritate Apoſtolica reſervamus, decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper premiſſis & quolibet eorum per quoscunque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Item in Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus etiam Apoſtolice ſedi immediate non ſubjectis & in Monaſterijs Apoſtolice ſedi inmediate ſubjectis fiant electiones canonice que ad ſedem Apoſtolicam defereantur quas etiam ad tempus conſtitutum in Conſtitutione Nicolai que incipit Cupientes Papa exſpectet, quo facto ſi non fuerint preſentate vel ſi preſentate minus canonice fuerint Papa provideat ſi vero canonice fuerint Papa eas confirmet niſi ex cauſa rationabili & evidenti & de fratrum conſilio de digniori & utiliori perſona duxerit providendum proviſo quod confirmati & proviſi per Papam nichilominus Metropolitanis & alijs preſtent debita juramenta & alia ad que de jure tenentur, In Monaſterijs que non ſunt inmediate ſubjecta ſedi Apoſtolice necnon in alijs beneficijs regularibus ſuper quibus pro confirmatione ſeu proviſione non conſuevit haberi recurſus ad ſedem Apoſtolicam non teneantur venire electi ſeu illi quibus providendum eſt ad curiam ad habendum confirmationem vel proviſionem nec etiam dicta beneficia regularia cadant in gratijs exſpectativis. Ubi autem in Monaſterijs ad Curiam Romanam venire ſeu mittere conſueverunt ibi Papa aliter non confirmet vel

vel provideat quam ſuperius de Cathedralibus Eccleſiis eſt expreſſum, De Monaſterijs Monialium Papa non diſponat niſi ſint exempta & tunc per Commiſſionem in partibus. De ceteris dignitatibus & beneficijs quibuscunque ſecularibus & regularibus vacaturis ultra reſervationes jam dictas majoribus dignitatibus poſt pontificales in Cathedralibus & principalibus in Collegiatis exceptis de quibus jure ordinario provideatur per illos inferiores ad quos alias pertinet, idem ſanctiſſimus Dominus noſter per quamcunque aliam reſervationem gratiam exſpectativam aut quamvis aliam diſpoſitionem ſub quacumque verborum forma per eum aut ejus auctoritate factam vel fiendam non impediet quo minus de illis cum vacabunt de menſibus Februarij Aprilis Junij Auguſti Octobris & Decembris libere diſponatur per illos ad quos collatio proviſio preſentatio Electio ſeu alia quevis diſpoſitio pertinebit Reſervationibus alijs a premiſſis ac diſpoſitionibus auctoritate ejusdem Domini noſtri Pape factis vel faciendis non obſtantibus quibuscunque Quotiens vero aliquo vacante beneficio de menſibus Januarij Martij Maij Julij Septembris & Novembris ſpecialiter diſpoſitioni Apoſtolice ſedis reſervatis non apparuerit infra tres menſes a die note vacationis in loco beneficij quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate fuerit proviſum, ex tunc & non antea ordinarius vel alius ad quem illius diſpoſitio

pertinebit de illo libere diſponat. Item ad finem ut hec ordinatio Collationis beneficiorum non reſervatorum per alternos menſes poſſit per nationem publicari & omnes qui ipſa gaudere voluerint tempus congruum habeant eandem acceptandi tunc quoad Apoſtolicam ſedem in Kl. Junij proxime futuris ipſa currere incipiet durabitque deinceps niſi in futuro Concilio de conſenſu nationis aliter fuerit ordinatum. Item circa proviſionem Apoſtolice ſedi ordinandam modus Annatarum hoc modo currat de Eccleſiis Cathedralibus omnibus & Monaſterijs virorum dumtaxat vacantibus & vacaturis ſolventur pro fructibus primi anni a die vacationis ſumme pecuniarum in libris camere Apoſtolice taxate que communia ſervitia nuncupantur ſi que vero exceſſive taxate ſunt retaxentur & provideatur ſpecialiter in gravatis regionibus ſecundum qualitatem rerum temporum & regionum ne nimium pregraventur ad quod ſanctiſſimus Dominus Noſter petentibus dabit commiſſarios in partibus qui diligenter inquirant & retaxent taxe autem predicte pro media parte infra annum a die habite poſſeſſionis pacifice totius vel majoris partis ſolvantur & pro media parte alia infra ſequentem annum Et ſi infra annum bis vel pluries vacaverit ſemel tantum ſolvetur nec debitum hujusmodi in ſucceſſorem in Eccleſia vel monaſterio tranſeat. De ceteris dignitatibus Perſonatibus Offi-

Officijs & beneficijs ſecularibus quibuscunque & regularibus que auctoritate ſedis Apoſtolice conferentur vel de quibus providebitur preterquam vigore expectativarum aut cauſa permutationis ſolvantur annate ſeu medij fructus juxta taxam ſolitam a tempore poſſeſſionis infra annum & debitum hujusmodi in ſucceſſorem in beneficio non tranſeat de beneficijs vero que valorem viginti quatuor florenorum de camera non excedunt nichil ſolvatur curratque hec obſervantia deinceps niſi eam ſimiliter in futuro Concilio de conſenſu nationis immutari contingat. In alijs autem que per felicis recordationis Dominum Eugenium Papam quartum pro natione prefata usque ad tempus futuri Generalis Concilij permiſſa conceſſa indulta atque decreta & per memoratum ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Nicolaum confirmata fuere in quantum illa concordie preſenti non obviant iſta vice nichil extitit immutatum. Voluit etiam memoratus Dominus legatus quod ſuper concordatis preſentibus ſinguli Metropolitani predicte nationis petentibus quibuscunque quantum opus eis videbitur ſub ſuis ſigillis transſumpta concedere valeant quodque tranſumptis eisdem in judicio & extra ſtetur & adhibeatur tanquam huic Originali carte per omnia plena fides Per hoc autem quod in Concordatis hujusmodi ſive quibusvis alijs eorum occaſione conficiendis litteris propter competentiorem

do-

deſcriptionem Alamonia ſpecialis appellatur natio ipſa cenſeri non debet a Germanica natione diſtincta ſeu quomodolibet ſeparata Ad fidem igitur & robur omnium premiſſorum Nos Fridericus Romanorum Rex & Nos Johannes Cardinalis Legatus ſupradicti cartam preſentem noſtris appenſis mandavimus communiri ſigillis.

Ad mandatum Domini Regis
in Conſilio.

Adpendent ſigilla Imperatoris Friderici III. & Joannis Cardinalis Legati, utrumque ceræ rubræ impreſſum, quorum primum refert Aquilam ſimplicem in medio Scutulorum XII. minorum in circulo poſitorum & præter ea duobus alijs ſcutulis ab utroque latere extra circulum poſitis ornatur cum inſcriptione: S. Friderici Rom. Regis &c. pendens ex filo ſerico viridis ac rubri coloris. Alterum vero formæ ovalis ad rhombum accedentis refert plures ſanctos in ædificio turriculis ornato, deinde in inferiori parte figuram Cardinalis in ædicula ſingulari, & ab utroque latere duplicata ejuſdem inſignia cum inſcriptione: S. Johannis de Carvajal Cardi. Sci. Angeli.

Inſtrumentum conſtat ex libello quatuor paginarum ex pergameno; formæ, quam appellamus in folio minori Romano. Aſſervatur in Archivio Imperij, ex quo hoc noſtrum exemplar non modo ad apicem accurate deſcriptum, ſed & poſt Typographi operam diligenter reviſum atque correctum damus; monentes, in Originali paſſim nullas reperiri interpunctiones, niſi in hoc noſtro exemplo ſpecialiter expreſſas, neque textum in

§§.

§§. ullibi diſtinctum, ſed una ſerie ad finem usque continuatum. Miramur propterea non vulgares modo, quæ hactenus prodiere, ejusdem editiones fere ſingulas, ſed ipſam adeo cel. Riggeri editionem, quam an. 1764. in ſuo corpore juris Publ. Eccleſ. Acad. dedit, quamque ex autographio, in Cæſareo Regio Archivio Vindobonenſi adſervato, deſcriptam commemorat, manifeſto hocce vitio laborare.

XI.

Bulla Sixti IV. PP. ſuper libera Electione Præpoſitorum Spirenſ.

S*ixtus* Epūs ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam Romanorum Pontifex ad ea ex debito apoſtolatus officii quo Eccleſiarum omnium cura ſibi diuinitus commiſſa eſt, libenter intendit, per que earundem Eccleſiarum preſertim inſignium cathedralium ac collegiatarum ſtatus ſalubriter dirigatur, & ad illarum dignitates tales aſſumantur perſone, per quas ipſarum Eccleſiarum bona & Jura conſeruentur illeſa ſane pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſie Spiren. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ad ſanctorum *Germani* & *Mauritii* ac ſancti *Wydonis* & ſancte *Trinitatis* Spiren. Eccleſiarum prepoſituras in predictis collegiatis dignitates principales & maiori Spiren.

Spiren. Eccleſiis non tamen poſt pontifica-
lem maioritatem obtinentes Archidiacona-
tus nuncupatas, quarum ratione illas pro
tempore obtinentes, in Dominiis Ducum,
Principum, Comitum, Marchionum aliorum-
que nobilium Spiren. Dioceſis jurisdictionem
Eccleſiaſticam. obtinere dinoſcuntur, dum
pro tempore vacabant, conſueuerint aſſumi,
ut plurimum Canonici dicte maioris Eccleſie
qui ſic aſſumpti prefatis Ducibus, principi-
bus, Comitibus, Marchionibus aliisque no-
bilibus noti & nonnunquam conſanguinitate
& affinitate coniuncti eorundem nobilium
ſuffulcti preſidiis Eccleſias & jurisdictionem
huiusmodi tueri & defenſare eorumque Bona
& jura conſeruare ſoliti fuerant. poſtmodum
uero a nonnullis temporibus citra. pretextu
concordatorum nationis germanice cum ſede
apoſtolica nonnulle perſone etiam alienigene
& minus docte ac ſcientia & moribus non
probate Capitulis & perſonis dictarum colle-
giatarum Eccleſiarum preeſſe & jurisdictio-
nem predictam tueri neſcientes, & non va-
lentes prepoſituras predictas tanquam dicte
ſedis diſpoſitioni generaliter reſeruatas ab ea-
dem ſede impetrarunt, quarum incuria, ne-
gligentia ſeu impotentia prepoſiture predicte
quo ad jurisdictionem eandem varia in ſpiri-
tualibus at temporalibus paſſe fuerunt hacte-
nus & indies patiuntur detrimenta, quodque
ſi eydem Capitulo concederetur, quod occur-
rente

rente earundem prepoſiturarum extra romanam curiam Vacationem ſimul uel ſucceſſive ad quamlibet ex eis ſic pro tempore Vacantibus Canonicum Capitularem dicte majoris Eccleſie eligere poſſent, qui ſic electus extunc infra quadrimeſtre ſue Electionis huiusmodi confirmationem ſeu de prepoſitura ad quam electus foret prouiſionem aut prouidendi mandatum ab eadem ſede obtinere, & Literas deſuper ex toto etiam in Camera apoſtolica expedire teneretur, profecto exinde proſperis ſucceſſibus prepoſiturarum predictarum oportune conſuleretur cum earum releuatione ab hujusmodi detrimentis & reſtitutione ſub ſolito regimine Canonicorum predictorum, quare pro parte capituli predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut quod de cetero perpetuis futuris temporibus ipſi ad ſingulas prepoſituras predictas quotiens illas uel illarum aliquam pro tempore ſimul uel ſucceſſiue extra dictam curiam uacare contigerit, unum ex ipſius maioris Eccleſie capitularibus canonicis eligere poſſint, & debeant ipſique pro tempore electi ſue Electionis huiusmodi Confirmationem ſeu prepoſiture ad quam electus foret prouiſionem aut prouidendi mandatum impetrare literasque deſuper expedire teneatur, ut prefertur ſtatuere & ordinare, ac alias earundem Eccleſiarum ſtatui in premiſſis importune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui ſingularum orbis Eccleſiarum hono-

norem & venuſtatem adaugeri indefeſſis ſemper deſideramus affectibus huiusmodi ſupplicationis inclinati hac perpetua & irrefragabili conſtitutione apoſtolica auctoritate, & ex noſtra certa ſcientia ſtatuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus ad ſingulas prepoſituras predictas dum illas quouis modo deinceps vacare contigerit, etiam ſi Diſpoſitioni apoſtolice ex perſonis illas obtinentium, aut alias ex quauis cauſa poſtquam illarum vacationis apud ſedem eandem generaliter reſeruate ſeu etiam affecte fuerint, & ad illas ceſſantibus reſeruationibus apoſtolicis conſueuerint, qui per ipſarum Eccleſiarum collegiatarum capitulorum electionem aſſumi eisque cura immineat animarum, capitulum prefati unum ex ipſius capituli Canonicis capitularibus eligere poſſint & debeant, ipſeque ſic pro tempore electus confirmationem Electionis de ſe facte hujusmodi ſeu prepoſiture ad quam electus fuerit prouiſionem uel prouidendi mandatum de eadem infra quatuor menſes a Die ipſius electionis computandos a ſede predicta impetrare ac Literas apoſtolicas deſuper totaliter in forma etiam quoad cameram apoſtolicam predictam expedire omnino teneatur, alioquin Electio ipſa eo ipſo quadrimeſtri predicto euaneſcat, poſſitque & debeat prepoſitura ipſa per eandem ſedem libere conferri & de illa prouideri, quodque prepoſiture predicte deinceps ſub quibusuis gratiis expectatiuis

uis ſpecialibus vel generalibus reſeruationibus aut nominandi ſeu conferendi mandatis, primariis precibus vel aliis facultatibus per nos vel ſedem predictam etiam motu proprio & ex ſimili ſcientia quibuscunque perſonis cujuscunque etiam dignitatis, nobilitatis, ſtatus; gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie fuerint ſub quouis verborum forma & expreſſione ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis & aliis validiſſimis clauſulis, irritantibusque Decretis, etiam conſideratione intuitu, & in fauorem quorumcunque legum, reginarum Ducum, Comitum, aliorumquePrincipum ſiue prelatorum Eccleſiaſticorum conceſſis hactenus & impoſterum concedendis ac factis & faciendis, quorum omnium Vim, Vigorem & Effectum harum ſerie ſuſpendimus, nullatenus comprehendantur & illarum pretextu per easdem aut quascunque alias perſonas, acceptari, ac perſone ipſe ſibi de illis prouidere facere non poſſint decernentes auctoritate & ſcientia ſimilibus acceptationes & prouiſiones de ipſis factas non valere & proceſſus deſuper habitos & Excommunicationis aliasque cenſuras penas in ſe continentes minime arctare, & dictarum Eccleſiarum capitula illis parere non teneri, ac prouiſiones & mandata de prouidendo de eisdem prepoſituris dum ſic pro tempore vacabunt, que a nobis & ſede predicta poſt factum per Capitulum prefatos Electionem huiusmodi etiam nondum confir-

matatam vel ante etiam cum preſentis conſtitutionis expreſſa derogatione emanarent, ac omnia & ſingula que ſecus ſuper hiis a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari irrita & inania nulliusque exiſtere roboris vel momenti & nihilominus Venerabili fratri Epō Wormatien. & dilectis filiis Decano Eccleſie Sancti Spiritus Heydelbergen. Wormatien. Dioceſis ac officiali Spiren. per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ipſi vel duo aut vnus eorum per ſe vel alium ſeu alios premiſſa vbi quando & quotiens expedire cognouerint, ſollenniter pubĺicantes, & eisdem capitulo ſuper hys efficacis defenſionis auxilio & honore aſſiſtentes faciant eos huiusmodi ſtatuti, ordinationis & Decreti pacifica poſſeſſione gaudere non permittentes eos contra preſentium tenorem ad recipiendum quenquam in prepoſitum alicuius dictarum collegiatarum Eccleſiarum compelli contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtantibus premiſſis ac quibuscunque ſpecialibus vel generalibus reſervationibus per nos & ſedem predictam de dignitatibus principalibus aut alias factis per quas inpoſterum quandocunque fieri contingeret quas ad dictas prepoſituras uolumus non extendi, nec non aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac Eccleſiarum predictarum iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudini-

dinibus contrariis quibuscunque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede predicta indultum exiſtat quidem interdici ſuſpendi & Excommunicari non poſſint per Literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de Verbo ad Verbum de indulto huiusmodi mentionem nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti ordinationis ſuſpenſionis Decreti mandati & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo. Decimo Kal. aprilis Pontificatus noſtri anno octauo.

16. Martii.

XII.

Bulla Sixti IV. PP. ſuper libera Electione Præpoſiti majoris Eccleſiæ Spirenſis.

Sixtus Epũs ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam creditam nobis militantis Eccleſie prouidentiam exequi coadiuuante Domino cupientes ad ea libenter inten-

Digitized by Google

dimus ut tenemur, per que ſingule orbis Ecclesie preſertim Cathedrales inſignes perſonarum vtilium fulcite preſidiis ad altiſſimi laudem & gloriam congruis honoribus & venuſtatis proficiant incrementis earumque & in eis inſtitutarum Dignitatum bona & Jura a quorumcunque occupatione conſeruari poſſint illeſa, ſane accepimus quod Prepoſitura Eccleſie Spiren. que inibi dignitas major poſt Pontificalem exiſtit, ac magnam & latam tam in ciuitate quam Dioceſi Spiren. habet Jurisdictionem ex qua quaſi pro maiori parte reditus ipſius Prepoſiture proueniunt. Vigore tam ſpecialium quam generalium reſeruationum quam Literarum apoſtolicarum per ſepe confertur perſonis que Prepoſiture predicte jurisdictionem exercere ac jura tueri bonaque occupata diuerſorum nobilium & Dominorum temporalium qui contra Eccleſiaſticam libertatem valde procliues ſunt & illam indies opprimere machinantur limitibus circumſepta recuperare neſciunt aut nequeunt ſeu nolunt vel non audent in non modicum Eccleſie & prepoſiture predictarum Detrimentum nos ad plenum informati quod dicta Prepoſitura a paucis temporibus citra tam in ſpiritualibus quam temporalibus magnum detrimentum atque Grauamen paſſa eſt ac cupientes ut de prepoſitura predicta quociens illam deinceps vacare contigerit, perſone ydonee que illius jura & Jurisdictionem tueri & defendere ac conſeruare velit, ſciat

&

& valeat prouideatur. Motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam ſed ex noſtra mera prouidentia & ex certa ſcientia auctoritate apoſtolica tenore preſentium hac perpetuo valitura & irrefragabili conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quod moderno ipſius Eccleſie Prepoſito cedente vel decedente, aut alias eandem Prepoſituram quomodolibet dimmittente ipſaque Prepoſitura quouis modo preterquam ex vacatione per obitum apud ſedem apoſtolicam & ex cuiuscunque Perſona perpetuis futuris temporibus ut premittitur vacante pro tempore ad Prepoſituram huiusmodi etiam ſi alias quam ratione maioritatis ex perſona illam obtinentis Diſpoſitioni apoſtolice generaliter vel ſpecialiter reſeruata exiſtat unus ex Capitularibus Canonicis dicte Eccleſie per dilectos filios illius capitulum eligatur, ipſaque Prepoſitura alteri quam ſic electo quauis auctoritate conferri non poſſit, nec debeat decernentes ex nunc omnes & ſingulas collationes & prouiſiones deinceps faciendas de prepoſitura antedicta etiam actu vacante & acceptationes aliasque prouiſiones, uniones, annexiones & incorporationes ac alias diſpoſitiones, Proceſſus, ſententias & cenſuras deſuper nec non totum id & quicquid ſecus ſuper hiis a quoquam quauis auctoritate. ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari irrita & inania

 nul-

Digitized by Google

nulliusque roboris vel momenti eſſe, ipſamque Prepoſituram ſub predictis & quibusuis aliis generalibus vel ſpecialibus reſeruationibus ac gratiis etiam expectatiuis, unionibus & iucorporationibus ac aliis quibusuis legatis dicte ſedis & aliis perſonis conceſſis & concedendis facultatibus non comprehendi non obſtantibus premiſſis ac generalibus vel ſpecialibus reſeruationibus dicte Prepoſiture factis vel faciendis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis per nos vel ſedem predictam editis vel edendis de quibus forſan ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret & quas pro expreſſis ac in quantum preſentibus ſeu earum effectui preiudicent pro infectis haberi volumus eisque derogamus, nec non dicte Eccleſie juramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quiquscunque, aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Dignitatibus ipſius Eccleſie ſpeciales vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dicte ſedis vel legatorum eius Literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem & Decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus eundem eligendum capitularem Canonicum in Prepoſitura huiusmodi aſſecutione volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quo ad aſſecutionem Dignitatum aut Beneficiorum aliorum preiudicium

ge-

generari, ſeu ſi venerabili fratri noſtro Epō Spiren. & prefatis Capitulo vel quibusuis aliis communiter vel diuiſim a dicta ſit ſede indultum quod ad receptionem vel prouiſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici ſuſpendi vel excommunicari non poſſint quodque de dignitatibus ipſius Eccleſie vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, prouiſionem, preſentationem Electionem ſeu quamuis aliam Diſpoſitionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat prouideri per Literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de Verbo ad Verbum de indulto huiusmodi mentionem & qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali nec non gratiis expectatiuis nominationibus nominandi facultatibus ac ſpecialibus & generalibus reſeruationibus antelationum prerogatiuis Declarationibus priuilegiis & indultis quibusuis perſonis cuiuscunque ſtatus gradus, ordinis, conditionis ſeu preeminentie fuerint etiam ſi Cardinalatus honore aut Patriarchali Archiepiſcopali Epiſcopali vel alia quauis Eccleſiaſtica ſeu mundana prefulgeant Dignitate ac nobilitate & auctoritate ac unionibus, annexionibus & incorporationibus quarumcunque Dignitatum inuicem ſeu aliis Beneficiis Eccleſiaſticis quibuscunque Eccleſiis ſimilibus motu & ſcientia vel ſuo quauis alia forma vel expreſſione Verborum & cum Decretis irritantibus ac derogatoriis forcioribus

ribus & prohibitoriis clauſulis conceſſis & concedendis ac factis ſi que ſint & faciendis quorumcunqe tenorum exiſtant quibus omnibus quo ad dictam Prepoſituram duntaxat motu tenore & ſcientia ſimilibus derogamus. Volumus autem quod eligendus ad Prepoſituram huiusmodi quociens illam vacare contigerit infra quatuor menſes a die Electionis computandos huiusmodi confirmationem a nobis vel ſede predicta obtinere, ac Literas apoſtolicas deſuper expediri facere, nec non fructus camere apoſtolice propterea debitos ſoluere teneatur, alioquin Electio de perſona ſua facta & quecunque inde ſecuta nullius ſint roboris vel momenti, & nichilominus Venerabili fratri noſtro Epo Wormatien. & dilectis filiis Decano Eccleſie ſancti Spiritus Heydelbergen. Wormatien. Dioceſis ac officiali Spiren. per apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus quatinus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios premiſſa omnia & ſingula vbi quando & quociens expedire viderint ſolenniter publicantes ac eligende pro tempore perſone hujusmodi in premiſſis omnibus & ſingulis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non permittant eligendam perſonam ac capitulum predictos contra preſentium tenorem in totum vel in partem quoquomodo per quoscunque moleſtari perturbari, ſeu etiam impediri contradictores quoslibet & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam

&

& alia juris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo inuocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio Brachii ſecularis non obſtantibus omnibus ſupradictis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis contrariis quibuscunque, aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede predicta indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Literas apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de Verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis conſtitutionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Rome* apud Sanctum *Paulum* extra muros urbis Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo pridie Kalend. Julii Pontificatus noſtri Anno decimo. 30. Jun.

XIII.

Bulla Sixti IV. PP. ſuper libera Electione Decani & Scholaſtici maioris Eccleſiæ Spiren.

S*ixtus* Epũs ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Diſpoſitione diui-

na uniuerſis orbis Eccleſiis meritis licet inſufficientibus preſidentes votis gerimus & tenemur, quod per noſtre Operationis Miniſterium Eccleſiarum preſertim inſignium Cathedralium ſtatus de bono in melius dirigatur, ac ad Dignitates & officia inibi perſone, prout ipſorum qualitas exigit, ſine alicuius impedimenti obſtaculo aſſumantur ydonee, per quarum ſolicitudinem & prouidentiam circum ſpectam Eccleſie ipſe in ſuis iuribus non ſolum conſeruentur, verum etiam proſperitatis uotiue ſucceſſibus gratulentur, ſane pro parte dilectorum filiorum Capituli Eccleſie Spiren. nobis nuper exhibita peticio continebat, quod Decanus ipſius Eccleſie pro tempore exiſtens eidem Capitulo preeſſe ac celebrationem Capituli indicere, & negotia dicte Eccleſie ad eum deducta in eodem Capitulo proponere, aliaque Capitularia gerere & tractare. Scolaſticus vero eiusdem Eccleſie ſingula illius ac Capituli predictorum ſecreta annotare, & pro tempore in eodem Capitulo concluſa referre, & ſuper hoc nomine Capituli literas ſcribere, ac ob id ex ſtatutis ipſius Eccleſie iuratis tam Decanus quam ſcolaſticus prefati perſonaliter apud eandem Eccleſiam reſidere debeant & teneantur, & ſi Vigore literarum Apoſtolicarum ſuper gratiis expectatis pro tempore conceſſarum aliqui ad Decanatum & Scholaſtriam predictos reciperentur, qui ut ſepius accidere conſueuit indultum habe-

Digitized by Google

haberent de non reſidendo apud eandem Eccleſiam cum difficultate aliquis reperiretur ydoneus, qui onera ipſorum Decani & Scolaſtici ſine Emolumentis libenter aſſumeret, quo fieret ut crimina ſubditorum ipſius Decani remanerent impunita, & ipſa Eccleſia in ſpiritualibus & temporalibus maximum ſuſciperet detrimentum. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat ipſi Eccleſie ac eius ſtatui plurimum expediat quod ad ipſius Eccleſie Decanatum, qui dignitas non tamen poſt Pontificialem maior & ſcolaſtriam huiusmodi que officium inibi exiſtunt, & ad quos conſueuerunt quidem per Electionem aſſumi cuique Decanatui cura imminet animarum viri probati qui ſtatum ipſius Eccleſie ſciant & ament per Electionem potius quam aliam viam aſſumantur pro parte ipſorum Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ipſis ac dicte Eccleſie ſtatui in premiſſis oportune prouidere de Benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui bonum Regimen & ſtatum ac honorem cunctarum deſideramus Eccleſiarum huiusmodi ſupplicationibus inclinati volumus & ex certa ſcientia preſentium tenore concedimus, ut quotienscunque de cetero Decanatum cuius quindecim, ac ſcolaſtriam huiusmodi cuius Decem Marcharum Argenti fructus reditus & prouentus ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum non excedunt in menſibus Apoſtolicis, vel alias ex perſona, cujus forſan ratione ex quauis

cauſa

cauſa Diſpoſitioni Apoſtolice generaliter reſeruati cenſerentur vacare contigerit, ipſi Capitulum perſonas vtiles & ydoneas, etiam quecunque, quotcunque, & qualiacunque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes & expectantes reſpective in eorum ac dicte Eccleſie Decanum & Scholaſticum eligere valeant, & nichilominus perpetue ac irrefragabiliter Conſtitutionis Edicto ſtatuimus & ordinamus, quod nullus niſi taliter electus fuerit, ut prefertur etiam per quaſcunque gratias expectatiuas preces ſiue Nominationes imperiales ſeu alias literas apoſtolice ſedis vel legatorum eius quorumuis tenorum fuerint & quaſuis derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe contineant, ac deſuper habitos proceſſus in Decanum vel Scolaſticum per ipſos Capitulum recipi vel admitti poſſit ſeu debeat. nec ipſi Capitulum ad id compelli valeant inuiti decernentes ex nunc omnes & ſingulos Proceſſus, nec non in eis pro tempore contentas excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſententias aliasque Eccleſiaſticas cenſuras & penas quas haberi vel promulgari, vel non totum id, & quicquid contra huiuſmodi indulti, ſtatuti & ordinationis tenorem ſcienter vel ignoranter directe ſeu indirecte quouis queſito colore & quauis auctoritate fieri vel attemptari contigerit, nullius exiſtere roboris vel momenti. Volumus autem quod occurrente dictorum Decanatus ſeu ſcolaſtrie Vacatione in aliquo ex menſihus predictis, vel

vel ex perſona cuius ratione Decanatus ipſe aut ſcholaſtria huiusmodi Diſpoſitioni Apoſtolice quomodolibet cenſerentur reſeruati teneantur & debeant per Capitulum ſic tunc ut Prefertur, electi infra quatuor menſes a Die Poſſeſſionis pacifice Electionis ſue Confirmationem, vel ſuper illa nouam prouiſionem a nobis aut ſede predicta obtinere, ac literas deſuper Apoſtolicas expediri facere, necnon annatam Camere Apoſtolice forſan exinde debitam ſoluere, alioquin preſentes litere eis in nullo ſuffragentur non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis etiam per nos vel ſedem predictam pro tempore editis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Conceſſionis, ſtatuti, Ordinationis Conſtitutionis vel Voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum *Rome* apud Sanctum *Petrum* anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo quinto Kalend. Decembris. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

27. Nov.

XIV.

Digitized by Google

XIV.

P. Philippi Hedderich Minoritæ Conventualis Trevirenſis Diſſertatio ad Concordata Germaniæ. 1773. Pars prima exponens Themata hiſtorica Concordatorum.

Pacta, quæ Natio noſtra iniit cum ſancta Sede, circumferuntur Varia: velut illa HADRIANI * cum CAROLO M. & LEONIS VIII. ** cum OTTONE I.

* Nempe ſub hoc Pontifice habita fertur Synodus Romæ, quæ in hoc conſenſerit; a) *ut Archiepiſcopi & Epiſcopi per ſingulas provincias recipiant inveſtituram à CAROLO M.* b) *ut quoque à nemine Epiſcopus conſecretur, niſi qui à rege laudetur & inveſtiatur.* Conf. famoſum can. 22. D. 63.

Additio. Circa pactum illud duplicem è diametro ſibi oppoſitam opinionem lego: una idem nihil prorſus falſitatis continere prætendit, uti *Schilterus*, *Goldaſtus* aliique aſſerunt; altera ſimpliciter inter merces ſuppoſititias ſeponit. Inter ceteros Cardinalis BARONIUS ad an. 773. pluribus pactum hoc argumentis impugnat. Poſterioris ſententiæ patroni aſſerunt, ſynodum iſtam ſub *Hadriano* habitam eſſe ficti-

ctitiam, eò quòd ſubterfugiat notitiam & calamum celeberrimorum *Rheginonis*, *Adonis*, *Ottonis Friſingenſis*, *Lamberti Schaffnaburgenſis*, *Mariani Scoti*, *Ursbergenſis*, quorum aliqui *Sigeberto* (quippe qui unus ſynodum iſtam primò aſſerit, non probat) longè anteriores, *Otto* etiam *Henricis* Impp. ſanguine junctus, IVti nepos, Vti ſororius: reliqui omnes geſta *Caroli* accuratiſſimè deſcripſerunt: fefellit id porrò *Eginhardum* & *Anaſtaſium* Bibliothecarium, aliósque hiſtoriographos iis temporibus coævos... latuit id quoque FLORUM magiſtrum, ſiquidem hic in *tractat. de elect. epiſcop.* circa annum 822 conſenſum regis in electionibus Epiſcoporum ſoli conſuetudini tribuit ... preſſus argumento iſto GOLDASTUS Baronii criticus mirè deſudavit in accerſendis veterum teſtimoniis: ſed quantæ authoritatis & fidei teſtes produxerit, oſtendit *GALLADE Diſſ. ad cap. Hadrianus* D. 63.. Heidelb. 1755... altiſſimo pariter ſilentio ſynodum iſtam Romanam involvit FLEURY H. E. ad. an. 773.... quid igitur hocce hiſtoriographorum celeberrimorum ſilentium aliud indicat, quàm ſynodum iſtam unà cum decreto ſua authentia deſtitui, atque merum SIGEBERTI præeuntis commentum eſſe... uſus quoque contrarius *Caroli* & ejus ſucceſſorum vèlut *Ludovici pii*, *Lotharii* &c. longè quid diverſum inſinuat..

Digitized by Google

nuat.. *Carolus* ipſe l. 1. c. 84. decrevit apertè: *Epiſcoporum electiones ſecundùm ſtatuta canonum liberas eſſe.* Unde pluribus aliis argumentis ductus NATALIS ALEXANDER tom. 6. f. 32. inquit: *reclamare PETRUM de MARCA ſed BARONII argumentis non reſpondere.* hoc illi. Plura ſi deſideres, adi *VICTORELLUM in addit. ad Ciaconium in vita Hadriani I. LUDOVICUM THOMASSIN.* de V. & N. D. E. D. p. 2. l. 2. c. 20. & 25. SANDINI *Diſſ.* 19. *de falſa ſynodo ſub Hadriano I. circa jus eligendi Romanum Pontificem & inveſtituras concedendi Epiſcopis.*

** *Leo* videlicet VIII. in ſynodo Romana an. 963. celebrata in favorem *Ottonis I.* hujusque ſucceſſorum, ldem, quod ſub *Hadriano* ſtatutum fertur, repetiiſſe legitur.. quid? quod eò usque *Leo* iſte progreſſus dicitur, ut eodem decreto Imperatori conceſſerit poteſtatem Pontificem ipſum nominandi atque eligendi. *Conf. alterum famoſum canonem* 23. *D.* 63.

Additio 1. In diverſa hìc rurſus ſenſa authores abeunt: Pluribus conſtitutio iſta æquè ac prior commentitia videtur. Sufficiat hìc præter alios ſupra citatos teſtimonium celeb. *Fleury*: (quem in contrariam trahit ſententiam Author recentior *Concord. nat. germ. integra.* T. II. ſed quo jure? non video) hic H. E. T. XIII. ad a. 964. ità ſcri-

ſcribit: „ occurrit hìc Concilii iſtius decre-
„ tum, in quo *Leo* (octavus) Papa cum to-
„ to clero populóque Romano *Ottoni* ejus-
„ démque ſucceſſoribus concedit, confir-
„ mátque facultatem deligendi ſucceſſo-
„ rem in regno Italiæ Papam conſtituen-
„ di, Epiſcopos inveſtiendi, ità ut nec
„ patricius, nec Papa, nec Epiſcopus abs-
„ que ejus conſenſu eligi poſſit, addita ex-
„ communicationis, perpetui exilii & ul-
„ timi ſupplicii pœna, ſed in ſcriptoribus
„ NB. illius temporis hujus rei mentio non
„ fit" ad quæ verba ità notat *BRUNO PARODE*: *Natalis Alexander* pag. quâ ſupra, de hoc ità inquit: *háncce conſtitutionem, quam refert Gratianus D. 63. c. 23. doctiſſimus Cardinalis BARONIUS ſuppoſititiam eſſe probat.. reclamat vir pariter doctiſſimus Petrus de Marca l. VIII. de conc. ſac. & imp. ſed Baronii argumentis non reſpondet, petitis* 1) à falſitate ſimilis conceſſionis, quam ab *Hadriano I. Carolo M.* factam ait. 2) Quòd abſurdum ſit *Leonem VIII.* conceſſiſſe *Ottoni* jam Imperatori, ut eſſet patricius & Rex, quod in ea conſtitutione habetur. 3) Quòd hujus conſtitutionis violatoribus non modò excommunicatio, ſed ultimum etiam ſupplicium irrogetur, quod a ſtylo pontificiarum conſtitutionum omnino alienum &c. plura tibi ſiſtent auth. cit.

Criſis propria. Ut ùt in vindicando utro-

 que

que canone laboret recentiùs Author concord. nat. germ. T. III. de an. 1773. p. 53. & ſeqq. id tamen ùt certum mihi non demonſtrat, ut ambo canones Legibus germaniæ adſcribi promereantur: non primus, utpote ex Concilio vel fictitio vel (quod certum habeo) ſaltem dubio. . neque alter, utpote ex Concilio illegitimo & à Leone VIII. tum Pſeudo-Papa celebrato deſumptus! Conf. *Zallwein* T. III. p. 220.

Scholion. Minùs rectè initium Juris publici Imperio-Romanici deducitur à pactis iſtis inter Leonem VIII. & Ottonem M. quod complures Recentiores faciunt. Conf. *BENED. SCHMIDS*: Erweiß, wie daß ſich die Reichs-Hiſtorie a. 843. mit dem Verduniſchen Vertrag, die Kaiſer-Hiſtorie a. 964 mit Pabſt *Leone VIII.* und Kaiſer *Ottone I.* anfange.

Additio 2. Id ad minimum inde conſequi exiſtimem, a) temporibus iſtis Imperatori firmatum eſſe ſanctiſſimum jus advocatiæ & protectionis Eccleſiæ Romanæ, b) atque poſt tempora Caroli M. ad ordinandum Pontificem Imperatorum conſenſum fuiſſe neceſſarium. *Fleury* l. cit. quod & *Van Eſpen* T. III. ſupplem. J. E. U. p. 14. latè probat.

II. No-

Digitized by Google

II. Notorium eſt pactum illud CALLIXTINUM, quod interventu Laicorum Impp. in electionibus Epiſcoporum, atque jure hos inveſtiendi per baculum & annulum in abuſum degenerante * poſt tentatam ſutrii a. 1110 ** & Romæ a. 1112 *** Concordiam, inter Callixtum II. Pontificem & Henricum V. Imperatorem a. 1122. percuſſum ſtabilitumque fuit. ****

* Nempe grandia incommoda & diſſidia in Eccleſiam invexerat interventus Laicorum Impp. in electionibus Epiſcoporum, atque jus eosdem inveſtiendi per annulum & baculum ab Imperatoribus uſurpatum; ut uno quaſi obtutu ſingula ob oculos cadant, adducere hìc ſatis ſit verba Cl. *BARTHELII op. II. Diſſ.* 1. *de concord. germ. p.* 183. ità inquientis: „ nunquam Henrico IV. Ger„maniæ Regi abjudicatæ extortæque fuiſ„ſent inveſtituræ, ſi præire illis paſſus „fuiſſet ELECTIONES LIBERAS, „GRATUITAS atque eorum, quorum „moribus non ſordeſceret ſanctiſſima „dignitas: id illi certè probro datum eſt „apud *Gregorium VII.* Papam teſte *Hel„moldo* chron. Sclav. l. 8. c. 28. quòd om„nem in ſtatuendis Epiſcopis canonicæ „electionis libertatem adimeret, ponens „per violentiam Epiſcopos, quos vo„luiſſet... Id ipſum Germaniæ Præſules

„Imperatori filio ejus *Henrico V.* expro-„brârunt, teſte eodem *Helmoldo* l. cit. c. 32. *meminiſti, qualiter Epiſcopatus, Abbatias, & omnia eccleſiæ Regimina feciſti venalia, nec fuit in conſtituendis Epiſcopis illa electionis legitimæ facultas, ſed ſola pecuniæ ratio... inoleverat enim conſuetudo*, ait WILHELMUS TYRIUS l. 1. c. 13. *præſertim in Imperio, quod defungentibus Eccleſiarum prælatis annulus & virga paſtoralis ad dominum Imperatorem dirigebantur, unde poſtmodum unumquemlibet de familiaribus & Capellanis ſuis inveſtiens ad Eccleſiam vacantem dirigebat, ut ibi paſtorali fungeretur officio non expectatâ cleri electione...* Ex eo tandem coacti erant pontifices & Concilia ad inveſtituras toleratas hactenus, quousque religioſiſſimi principes hoc jure non abuterentur, penitus proſcribendas... quapropter duo Concilia Romana ſub *Gregorio VII.* celebrata annis 1078 & 1080 inveſtituras prohibuerunt, damnatis Epiſcopis, qui ſuſcipiebant, damnatis quoque principibus qui dabant manu laica ſacræ poteſtatis inſignia: pro uberiori notitia conſule *FLEURY. H. E. T. XV. p.* 400 & 426. GREGORII veſtigiis inhæſit VICTOR III, qui in ſynodo Beneventana a. 1087. cum Episcopis Apuliæ, Calabriæ & Principatuum habita in ſequentem modum decrevit: „ conſtituimus etiam, ut ſiquis deinceps „Epis-

Digitized by Google

„ Epiſcopatum vel Abbatiam de manu
„ alicujus laici ſuſceperit, nullatenus
„ Epiſcopus vel Abbas habeatur, neque
„ ulla ei Epiſcopo vel Abbati exhibea-
„ tur reverentia... tali gremium & in-
„ troitum Eccleſiæ B. Petri interdici-
„ mus, quousque locum, quem uſurpa-
„ vit, non deſerat; idem de inferioribus
„ in Eccleſia dignitatibus jubemus, &c.
Fleury l. cit. p. 556. quibus decretis authoritate omnium Epiſcoporum in Concilio præſentium confirmatis, deſcripta exemplaria in Orientem & Occidentem transmiſſa fuêre... Interdictum hoc repetiit *Urbanus II.* an. 1095. *in Conc. Claromontano*, quod can. 15. ità ſtatuit: *Nullus princeps inveſtituram eccleſiaſticam concedat.* PASCHALEM quoque II. eadem foviſſe ſenſa cum anteceſſoribus, patet ex geſtis in conventu Catalauni an. 1107. habito, ubi Rmo *Brunoni* Archiepiſcopo quondam noſtro Trevirenſi tanquam primario Imperatoris Legato pro principali ſuo ſtrenue peroranti reſpondit Archiepiſcopus Placentinus in hæc verba: *Contumelia Deo infertur, ſi princeps inveſtituram det per virgam & annulum, quæ ſunt inſignia ſacerdotis ad aram ſacris operantis, & præſules unctionis ſuæ Sacramentum profanant, ſi manus ſuas contrectatione corporis & ſanguinis Domini conſecratas, Laici manibus, quas gladius humano cruore inficit, obli-*

ligando ſupponant. FLEURY T. XVI. p. 167 & 168.

** Quæ ibi pro obtinenda feliciùs concordia ſibi invicem promiſere *Paſchalis II.* & *Henricus V.* FLEURY l. cit. pag. 204. BARONIUS & CHRON. CASSIN. ad an. 1110. exhibent: nempe promiſit Imperator ſe ceſſurum inveſtituris, atque electiones liberas permiſſurum, ſi præſules quoque feudis & dominiis cederent, quæ beneficio Imperatorum obtinuerant, cui conditioni annuit Papa, ſi Rex, quæ juraverit, impleat.

*** Cùm Concordia iſta inanis & vacua permanſiſſet, eò quòd Epiſcopi Germaniæ ſe feudis abdicare nollent: reſiliens quoque Imperator ab eo fœdere, vim intulit Pontifici, atque novam ab eo extorſit inveſtiturarum conceſſionem: Bullam conceſſionis refert *Fleury* l. cit.

Additio. I. Non deerant hìc, qui carpsêre Paſchalem II, quaſi hæreticum quid concedendo inveſtituram Imperatori admiſiſſet, quemadmodum ex literis Brunonis Epiſcopi Segnienſis ad *Paſchalem* II. datis palam eſt. Vid. *Chron. Caſſin.* IV. c. 42. Verum horum accuſationem exarmat *Baronius* ad an. 1112. §. 18. *non eſt hæreſis*, inquit, *ipſas inveſtituras diſpenſando concedere* (quod

(quod unum *Paſchalis* II. fecit) *ſed aſſerere atque defendere, de jure eſſe & debere fieri per laicos inveſtituras* (quod nunquam aſſeruit *Paſchalis* II.) *id hæreſis eſt, cùm id ſit falſum dogma, bonis moribus & ſacris Patrum inſtitutionibus repugnans in Eccleſiam introducere.* . . Imo animadvertente LAMBERTINO I. . *de ſerv. Dei beatif. & beat. Canon. c.* 41. §. 10. *n.* 28. *p.* 244. „Si dominii ipſius eccleſiaſtici con„ſtituendi à laicis uſurpata facultas hæreſis abſolutè & ſimpliciter fuiſſet, non eam *Greg.* „*VII.* aliique Pontifices in ſola Eccleſia Oc„cidentali reprobâſſent, ſed eandem repro„bationem ad Eccleſiam etiam Orientalem, „in qua illa vigebat, ſine ulla dubitatione „extendi voluiſſent.“

Additio 2. Neque hæc transactio diu ſtetit, ſiquidem eadem conceſſio à Synodo Lateranenſi an. 1112. nulla & irrita declarata fuerit.

Additio 3. Sunt, qui eodem anno inter *Paſchalem* II. & *Henricum* V. concordatum eſſe volunt: *D. Papa penitus in perſonam Regis nunquam anathema ponet. Author anonym. Concord. Nat. Germ. integra an.* 1772. tom. 2. p. 9. atque idem, utpote mediante concordato noviori non ſublatum, hodie in vim Pacti obtinere.

Criſis. Id mihi penitus non videtur: equidem *Fleury.* H. E. ad an. 1111. ità refert:

 „Paſcha-

„Paſchalis Papa ab Henrico Rege nec ob inveſtituram conceſſam, nec ob injurias vel ipſi vel ſuis illatas pœnam repoſcet; NUNQUAM ANATHEMA IN REGEM PRONUNTIABIT &c. Huic pacto quoque Cardinales ſedecim & primo loco Epiſcopi Portuenſis ac Sabinenſis ſubſcripſere: at quisquis, ſepoſito quovis præjudicio temporis iſtius circumſtantias, Pontificis in Vinculis Paciscentis extremas anguſtias, ipſamque pacti inſtabilitatem attentiùs penſaverit, alia longè ſenſa fovebit. Accedit, per Conç. Lateranenſe ſubſequens, quidquid in pacto iſto per Pontificem ceſſum ſtatutúmque fuerit, irritum & inane declaratum eſſe, *vide ſuprà Adit.* 2. Quanquam tamen vix hodie tempora emergent, ubi ad concordatum hoc provocandum foret: ſed ſapientiſſima ſemper opus eſt œconomia in ferendis cenſuris juxta regulam S. *Auguſtini* contra Parmenianum c. 2. *Cùm quisque FRATRUM id eſt Chriſtianorum, intus in Eccleſiæ ſocietate conſtitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprebenſus, ut anathemate dignus habeatur, fiat boc, ubi periculum ſchismatis nullum eſt.*

**** Profectò id maximè de ſe memorandum reliquit *Calixtus* II., quòd controverſiam de inveſtituris ſacerdotium inter & imperium, advocato Lateranenſi œcumenico Concilio poſt funeſta utrim-

que

que certamina compoſuerit... Pontifex id conceſſit Imperatori, ut electiones Epiſcoporum & Abbatum Regni germanici ſinè ſimonia & aliqua violentia fierent eo præſente, electique regalia ſeu feuda & hujusmodi bona alia à principibus olim Eccleſiæ conceſſa per ſceptrum aliudve ſignum externum ab eo reciperent... Ex alia verò parte Imperator dimiſit inveſtituram omnem per annulum & baculum; conceſſit in omnibus Eccleſiis, quæ in Regno vel Imperio ſunt, canonicam fieri electionem & liberam conſecrationem.... Tabulas hujus fœderis exhibent *OTTO Friſingenſis Chron. l. 7. c. 46. RIEGGER in Corp. J. E. G. BARONIUS ad hunc annum.*

Additio 1. Quanquam Concordia hæc tantâ tum temporis lætitia excepta fuerit, ut diplomata haud deſint, quæ ab ea tanquam re ad felicitatem Eccleſiæ & Imperii æquè memorabili epocham ducant: Conf. SCHATEN *annal. Paderb.* T. .l. 6. ſegetem tamen lamentorum pactum hoc expreſſit Proteſtantibus, quaſi dimidium Majeſtatis Imperatoriæ eo deperditum ierit... *Schilterus* de Libert. Eccleſ. germ. l 4. c. 5. §. 11. & ſeqq. transactionem iſtam planè nullam aſſerit, eò quod jus conſtituendi Magiſtratus Eccleſiaſticos inter jura Majeſtatica referendum ſit: verùm lamenta ejus ne ab ipſis quidem

proteſtantibus, attento eorum ſyſtemate moderno, exaudiuntur... humaniùs loquitur cl. Jo. Chriſt. Wilhem. STECK *in ſuis Vindiciis Libert. Eccleſ. germ. edit. Halæ Magdeburg. p. 7.* ità inquiens: *inter transactiones* (Eccleſiarum germaniæ) eminet illa CELEBRIS CONVENTIO, *quam HENRICUS V. Imperator cum CALLIXTO II. P. M. percuſſit; per eam Imperator quidem ſuorum jurium haud levem diminutionem perpeſſus eſt* (ſed neque hoc, vide Schmid. Inſt. J. E. p. 72.) *ſed libertati ipſius Eccleſiæ nil detractum, ſed conſultum magis fuit...* & infra n. 3. *Eccleſia germanica ſuæ libertatis acceſſionem magis quàm detrimentum cepiſſe videtur.*

Additio 2. Refert quidem OTTO *Friſingenſis* l. cit. pacem integram pacto iſto reſtitutam eſſe: non fuit tamen omnis poſt transactionem anni 1122. in Diœceſi noſtra Trevirenſi ſublata rixarum anſa: mox enim recruduit difficultas ſub *Alberone* Archiepiſcopo, de quo *Cæſarius* Heiſterbacenſis homil. in Evangel. Matt. 22. in fine notát: *quia Dominus ALBERO Archiepiſcopus Trevirenſis electus, à Papa conſecratus eſt, antequam accepiſſet regalia, Conradus Rex Romanorum eidem poſtea regalia negavit, cui cum multa difficultate reconciliatus eſt*: Transactionem itaque iſtam apud Treviros ſeriùs effectum ſuum fuiſſe ſortitam inde liquidò eruitur: imo turbas ex inveſtiturarum conceſſione natas

Digitized by Google

natas in Metropoli noſtra durâſſe ad annum usque 1183. tradunt geſta Trevirenſia p. 215. apud Ill'mum ab HONTHEIM H. D. T. 1. p. 467. ibi: *Deſtituto Rudolpho, quia de manu Imperatoris inveſtituram acceperat, Urbanus III. electionem Folmari confirmavit, atque confirmatum in Archiepiſcopum Trevirenſem conſecravit...* Quid in Eccleſia Magdeburgenſi vacante, contra pactum iſtud attentatum fuerit, legere eſt apud *Barthelium*. T. II. p. 189.

III. Concordia iſta ſarta tectáque ſtetit, quousque pretioſa electionum Libertas ſub Impp. OTTONE IV. FRIDERICO II. RUDOLPHO I. Eccleſiis Germaniæ firmata * illæſa permanſit, atque nativa Ordinariorum poteſtas conferendi beneficia ſuæ Diœceſeos vacantia ** infracta perſtitit; ex quo verò utraque per ſuccedaneas reſervationes, mandata de providendo, & gratias exſpectativas lædi & vix non planè interverti cœpit *** nova diſcordia & querelarum Origo penes nationem noſtram nata fuit. ****

* Renuntiationem *Ottonis IV.* refert Raynald. ad an. 1209. ibi,, illum volentes abolere abuſum, quem quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dicuntur in electionibus Prælatorum, concedimus & ſancimus, ut electiones Prælatorum

torum liberæ & canonicæ fiant, quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum capitulum vel major pars vel ſanior duxerit eligendum, dummodo nihil ei obſtet de Canonicis inſtitutis,, eâdem ſponſione ſeſe obligavit *Fridericus II.* teſte eodem Raynaldo ad an. cit. *Rudolphum I.* quoque id ipſum in ſe recepiſſe & promiſiſſe teſtatur idem Rayn. l. cit. n. 38.

** ORDINARIOS enim non tantùm per quinque prima ſed per undecim adeò priora Eccleſiæ ſæcula fuiſſe omnium officiorum & beneficiorum eccleſiaſticorum collatores, nemo inficiabitur, qui eorum ſæculorum hiſtoriam perſcrutatus fuerit: adeò quidem, ut nemo Romanorum Præſulum extiterit unquam, qui ſeſe immiſcuiſſet *extra devolutionis caſum* liberæ ordinariorum collationi.

Corollarium. Sententiam igitur, *poteſtatem conferendi ſingula totius orbis Chriſtiani beneficia jure divino ſummo Pontifici eſſe reſervatam*, non amplector: tum, quia antiquiſſima ſtat diſciplina & poſſeſſio penes Ordinarios, radicata in ſolida jurisdictione gubernandi ſuam diœceſin in ſpiritualibus, quam illis immediatè contulit Chriſtus: tum, quia de initio conſtat, quo beneficia Papæ reſer-

ſervari primò ceperint, utì ex ſequentibus in propatulo erit.

*** Videlicet

A) Poteſtas eligendi Epiſcopum in capitulis duravit usque ad tempora *Bonifacii VIII.* utì conſtat ex *Tit. de elect. in 6. & clem.* Primò Cathedrales Eccleſias, quæ apud Romanam tantùm Curiam vacare contigiſſent, ſuæ diſpoſitioni reſervavit *Clemens V.* extrav. *etſi in temporalium* inter comm.... Deinde verò idem *Clemens V.* earum quoque Eccleſiarum proviſionem, quæ clero & populo Chriſtiano carerent, Romani Pontificis diſpoſitioni reſervavit, *Clement.* 5. *de elect.*.. Poſtea *Benedictus IX.* extrav. *ſancta Romana Eccleſia.* de elect. inter comm. ſtatuit de quatuor patriarchalibus Eccleſiis vacantibus: *illis non poſſe provideri Romano Pontifice inconſulto.* .. Hinc *Joannes XXII.* extrav. *ex debito* eod. tit. inter comm. proviſioni ſuæ reſervavit Epiſcopales, & earum ſuperiores Sedes, quæ apud Sedem illo vivente vacare contigerint.... At *Benedictus XII.* in extrav. *ad Regimen* de præb. inter comm. diſpoſitioni apoſtolicæ reſervavit omnes Patriarchales, Archiepiſcopales & Epiſcopales Eccleſias tunc apud Sedem Apoſtolicam quomodocunque vacantes, impoſterum vacaturas. .. Denique ſequentes Romani Pon-

Pontifices reſervationem iſtam extenderunt ad omnes Eccleſias Episcopales tam apud Sedem Apoſtolicàm, quàm extra curiam vacantes in *Reg. II. cancell.* his itaque reſervationibus ad nihilum redactum eſt jus eligendi prælatum, quod habebant Capitula cathedralia, utì poſt alios Canoniſtas obſervat *FAGNANUS ad c.* 1. *de elect.*

B) Reſervationes beneficiorum inferiorum 1) SPECIALES (certi alicujus beneficii in individuo vacantis vel vacaturi) natæ ſunt ſub *Hadriano IV.* ſæc. XII. quem ſubſecutus eſt Alexander III. totam hujus rei ſeriem ſynopticè ſiſtit *Espenius* J. E. Un. P. II. tit XXIII. n. VI. ibi „ De *Alexandro* „*III.* legitur: quòd præbendam petierit ab „ Abbate S. Remigii pro certo clerico: *devotionem veſtram*, ait ep. 43., *per apoſtolica Scripta rogantes attentiùs*, *monentes*, *atque mandantes*, *quatenus eidem clerico*, *divini amoris intuitu & pro reverentia B. Petri & noſtra*, *in aliquo beneficio eccleſiaſtico ſibi competenti*, *unde vitæ neceſſaria in veſtra ſemper devotione poſſit boneſtè percipere*, *liberaliter provideatis.* „ Pro „ alio clerico eidem Abbati ſcripſerat ep. „ 7. eâdem penitus ſervata forma. . . . „ Ex his literis colligitur (pergit Espenius) „ quòd tempore *Alexandri III.* preces Pon„ tificum pro obtinendo beneficio alicui „ Clerico adjunctum haberent mandatum, „ MONENTES atque MANDANTES

„ ait:

„ ait: . Cùm verò nec his obſequerentur collatores ordinarii junctæ poſtmodum fuêre literæ EXECUTORIALES, queis EXECUTORES nominabantur, qui ipſos collatores authoritate apoſtolica ad obſequendum mandatis, interdum quoque per cenſuras urgerent ... rectiùs hæc obſervat *Franciſcus Florens*, vir eruditus, & in canonibus atque hiſtoriis admodùm verſatus: *ab initio*, inquit, ne collatores ordinarii graviùs conquererentur, imminui jura ſua Pontifices non ſtatim & primis literis vel mandato compellebant eos ad conferendum vacans vel proximè vacaturum beneficium: primò *monitorias* ſcribebant; quibus ſi non obtemperabatur, *præceptorias*; ſi perſtarent in contumacia *executorias* dedere ... procedenti verò tempore, ubi cæpit huiusmodi mandatorum authoritas invaleſcere, non ampliùs *tres* literas diverſis temporibus, ſed *unam* tantùm dederunt, *peremptoriam* appellatam, ſeu *unam pro omnibus*. Conf. c. 30. 37. 38. & 40. de reſcript.

2) Reſervationes GENERALES (omnium regni vel certi loci beneficiorum vel perſonarum) invaluêre primò ſub *Clemente IV*. qui Sedi apoſtolicæ generaliter reſervavit beneficia, quæ apud eandem Sedem vacare contigerit *c.* 2. *de præb. in* 6. quod falſo inſcribi *Clementi III*, prout habet Lectio communis, demonſtrat *Barthelius* Diſſ. 3. p. 82.

82. Hanc conſtitutionis ſententiam expreſſiùs retulit ſimúlque extendit *Bonifacius VIII.* c. 34. de præb. in 6. declarans, per beneficia apud Sedem apoſtolicam vacantia intelligenda eſſe ea ſola & omnia beneficia, *non tantùm in ipſa curia Romana, ſed in locis eidem curiæ vicinis ſive ultra duas diætas legales non diſtantibus*, niſi, dum defunctus curialis eſt, locus ejusmodi vicinus proprium defuncti domicilium extiterit, ſubſecutum vacare contigerit... Immediatus *Bonifacii VIII.* ſucceſſor *Clemens V.* idem renovavit, addita inſuper hac. Clauſula: *hâc reſervatione noſtrá & decreto ligari volumus ignorantes.* extrav. 3. de præb. inter comm. Succeſſor *Clementis Joannes XXII.* non tantùm eandem reſervationem renovavit, & ampliavit *extrav.* 4. *eod.* ſed inſuper aliam addidit. extrav. EXECRABILIS. eod. cui dein generaliorem adjecit *Benedictus XII.* in in extrav. AD REGIMEN eod. Queis reſervationibus ultra modum invaleſcentibus primævum jus ordinariorum in conferendis beneficiis non leviter læſum fuiſſe, nemo inficiabitur.

**** Aliarum Nationum querelas & cum Pontifice diſſidia hìc miſſa facio. queis enim ignorat querelas *Eduardi III.* Regis Angliæ ad *Clementem VI.* delatas apud *Raynald.* ad an. 1343. Neque ad reſervationes iſtas ſiluiſſe Concilium Eccle-

cleſiæ Gallicanæ 1399. teſtis eſt HERICOURT *Loix Eccleſiaſt. de la reſerve des benefices Chap. XI.* adde edictum *Caroli M.* Regis Galliæ apud *Barthelium* op. II. p. 235. quid in Hiſpania contra reſervationes motum fuerit, recitat *Fleury* H. E. ad an. 1399... Sed querulantem nationem noſtram unicè audiamus. Sanè hanc amariſſimè conqueſtam eſſe de gravibus abuſibus, qui in diſciplinam Eccleſiaſticam irrepſerant, teſtatur Clerus Moguntinus in unione quadam de an. 1372. apud GUDENUM *Cod. Diplom.* T. III. p. 507 ſeqq. ubi hæc notabilia occurrunt: "propter exa-"ctiones Papales quam plurimas in his ter-"ris Clerici ad magnam paupertatem reda-"cti... à laicis pernicioſam audaciam ſu-"mentibus non ſolùm Clerici & Presbyteri, "ſed & Prelati majores & Episcopi quasi li-"citè capiuntur, & in vinculis immitè de-"tenti enormiter exactionantur, ipſorum "bona diripiuntur, & ignibus devaſtantur; "ipsáque ſancta Sedes, & nomen Apoſtoli-"cum, quæ ſemper in hac terra reverentiæ "fuerant, & honoris, adeò vilipenſa diffa-"mantur, quod proinde fides Catholica "magna vacillat in parte, laicis videntibus "Clericos & Prælatos majores per Sedem "apoſtolicam & ejus diverſarum impoſi-"tionum modos, videlicet ſervitiorum "communium decimarum Papalium, & Im-"perialium procurationum, Annatarum...

"ECCLESIASTICARUM RESERVA-"TIONUM affligi" &c. Singulas Nationis noſtræ querelas exhibent notiſſima illa AVISAMENTA, SIGISMUNDI Imperatoris & communium S. Imperii Ordinum concepta apud *Goldaſtum* Conſtit. Imp. p. 391.

a) Aufferantur & revocentur reſervationes omnium & ſingulorum beneficiorum tam *majorum* quàm *minorum*, quæ ſaltem in corpore juris non clauduntur, ... quòd hujusmodi reſervationes futuris temporibus nullatenus per quemcunque Pontificem fiant ſinè declaratione Concilii generalis.

b) Statuat Conc. generale (Conſtantienſe) quòd Domini Cardinales habentes Eccleſiaſtica beneficia de facto, illa obtineant, ſi ſaltem velint, quamdiu vivunt, ſicque ipſis decedentibus, vacare cenſeantur ipſis Ordinariis collatoribus, non obſtante *C. licet. & C. præſenti. de præb. in 6.* ſicut ſi ipſi ex Romana curia diſceſſiſſent.

c) Statuatur & ordinetur, quòd in omnibus beneficiis electivis, ſive ſint Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Primicæriatus, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, aut alia beneficia electiva inferiora, ſerventur jura de electione & poſtulatione in corpore juris contenta, cum omnibus eorum Capitulis prout poſita & ab antiquo per ſanctos Patres practicata

ſunt;

Digitized by Google

ſunt; quæ etiam beneficia electiva ſub quacunque gratia expectativa cadere non debeant, ſic tamen quòd illæ electiones, quoties occurrunt faciendæ, poſtquam factæ ſunt, per immediatos ſuperiores ſecundùm formam juris examinentur, & canonicè factæ confirmentur, & quòd nullo modo liceat ſummo Pontifici quidpiam in contrarium attentare, præterquam in electis ſibi immediatè ſubjectis, de quibus habebit prohibere: vel niſì contingat quidquam in præmiſſis contra formam juris factum, aut eſſe quomodolibet attentatum, quo, ſicut ad id tenetur, ità ſibi liceat taliter acta vel attentata retractando ſive in melius ordinando reformare cum poteſtate corrigendi vel puniendi transgreſſores. Conf. *VAN DER HARDT act. Conc. conſt. T. I. p. 999.* Querelæ aliæ nationis noſtræ de Gravaminibus è medio tollendis motæ ſunt in Aviſamentis Moguntinis de an. 1440. proſtant in der neuen und vollſtändigen Sammlung der Reichs-Abſchieden P. 1. p. 166. ſeqq. Confer quoque Tractatum: Rechts- und geſchichtsmäßige Erörterung einiger die Concordata Nationis Germanicæ betreffender Fragen. Q. III. waß für Klagen und Beſchwerden ſeynd gegen die dardurch aufgebrachte Neuerungen geführet worden. apud L. B. de Cramer Nebenſtunden T. 97.

IV. Reſervationes iſtas exasperârunt ſuperinductæ ANNATARUM * exactiones

 po-

potiſſimùm ſub CLEMENTE V. ** JOANNE XXII. *** & BONIFACIO IX. **** atque alias Nationi noſtræ extorſerunt querelas. *****

* Annata generatim denotat certam portionem vel fructuum vel illorum valoris juxta canones & pacta ex beneficiis Romano Pontiſici pendenda; quaquatuor Annatarum ſpecies obſervat VAN ESPEN P. II. T. XXIV. c. IV. n. 13. ſeq. videlicet 1) *propriè dictam*, 2) *Servitium Commune*. 3. *Servitia minuta*. 4. *Quindennium* pro quorum intellectu eundem conſule. Item ZALLWEIN T. III. p. 242. aliam diviſionem notat THOMASSINUS P. 3. l. 2. c. 58. in *antiquiſſimas*, *novas*, & noviſſimas. ZALLWEIN l. cit. p. 244. .... Hìc potiſſimum Annatarum origo inveſtiganda venit: ſunt, qui eam à *jure regalium* deducunt, utì de LUDEWIG *Diſſ. de annat. c.* 1. alii ab *Inthroniſtico* ſive *Emphaniſtico* Juſtiniani, de quo *Nov.* 123. & *Nov.* 56. recentiores plerique ad ætatem JOANNIS XXII. reducunt. ESPENIVS l. cit. n. 18. inquit. Annatarum originem plures referunt ad JOANNEM XXII. *in extrav.* 11. *de præb. inter comm.* ubi reſervat Sedi apoſtolicæ fructus & proventus primi anni beneficiorum vacantium inferiorum Episcopatibus & Abbatiis in verbis: *Præſertim cùm Archiepiſcopales & Epiſcopales Eccleſiæ* ac

ac regulares Abbatiæ ab hujusmodi ſolutione fructuum in dictis literis eximantur .... ob hanc exceptionem, & quia ſuam reſervationem ad triennium reſtrinxit, credunt alii, huic Pontifici *originem Annatarum* tribui non poſſe, ſed earum Authorem eſſe BONIFACIUM IX. qui an. 1392. durante ſchismate, ingraveſcentibus rei pecuniaræ difficultatibus, ob continuos armorum fragores ſanxit: *ad redigendorum ex omnibus ſacerdotiis, quæ à Sede apoſtolica conferrentur, vectigalium, quæ primo labente anno obvenirent, dimidia pars in fiscum pontificium inferretur.* Conf. RAYNALD ad an. 1392. qui & ad an. 1399. refert verba THEODORICI A NIEM, quibus teſtatur hunc Pontificem primos fructus unius anni omnium Eccleſiarum Cathedralium & Abbatiarum vacantium ſuæ Cameræ reſervâſſe... Id mihi omnino indubium eſt, occaſionem Annatarum Pontificiarum extitiſſe ſic dictas *Annatas Episcopales* teſtante id ipſum THOMA DE WALSINGHAM *in Hypodigmatibus Neuſtica* ad a. 1305. qui de CLEMENTE V. ità ſcribit: „ Dominus Papa attendens, quòd charitas incipit a ſe ipſa, primò fructus ſibi per totam Angliam reſervavit, inductus per avaritiam Episcoporum Regni Angliæ poſtulantium primas vacationes per annum in ſuis Diœceſibus ſibi concedi; nempe

„ ſummus Pontifex advertens , quia,
„ quod petit inferior, poſtulare poteſt
„ & ſuperior, appropriavit ſibi ipſi om-
„ nes proventus de primo anno vacan-
„ tibus Eccleſiis per totam Angliam &c."
Conf. cl. DüRR *diſſ. de annis carentiæ* p. 31. & ſeq.

** Nemo ante CLEMENTEM V. fructus vacantium Eccleſiarum ſibi reſervavit, nec ulla in Decretalibus GREG. IX. & BONIFACII VIII. earum fit mentio, quin potiùs poſterior clarè edixerit, proventus Eccleſiarum vacantium ſucceſſoribus reſervandos, aut Eccleſiæ illiúsque neceſſitatibus impendendos: ſed neque CLEMENS V. añatas univerſales ſtatuiſſe legitur, quia pro Eccleſia Anglicana tantùm, & quidem ad biennium.

*** Hic ad ſubveniendum Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus ulteriùs proceſſit, ac per univerſam Eccleſiam fructus primi anni omnium intra triennium vacaturorum beneficiorum, non electivorum, ſcilicet Præbendarum canonic. Eccleſiarum Parochialium & Capellarum ſibi reſervavit; prout patet ex *c. 2. de præb. inter comm.*

**** A tempore hujus Pontificis qui Annatas non tantùm ſancivit perpetuas, ſed & ad Epiſcopatus & Abbatias extendit. (vide ſuprà) usque ad tempora Concilii Conſtantienſis Prælati & Canonici

Ec-

Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum debebant ſolvere Annatas pontificias, ſeu medias primi anni fructus. Conf. cl. *Dürr* l. cit. p. 36. Ill. ab HONTHEIM H. D. T. II. p. 525. & 526.

***** Velut videre eſt ex unione Cleri Moguntini apud GUDENUM l. cit. n. III. patet quoque ex aviſamentis Conſtantienſibus apud GOLDASTUM l. c. confer quoque relationem JOANNIS DE BACHENSTEIN facta coram EUGENIO IV. apud *Harduin.* p. 1509. teſtatur porro de querelis JACOBUS WIMPHELINGIUS *in replicis ad Æneam Sylvium apud Goldaſtum* alter Reichs = Abſchied und Handlungen *p.* 57. ità inquiens: *Germaniam ergo benigniſſima noſtra mater & ſacroſancta Sedes apoſtolica (apud quam ſumma conſtantia, ſumma veritas, ſumma religio) hac ſaltem pietate largitionúmque moderatione dignetur, ut Archiepiſcopis noſtris & Epiſcopis intra paucos Annos è vita hac miſera ſublatis mitiùs clementiúsque cum ſucceſſoribus agatur. Quod enim illi præſtant, idipſum plerumque à miſerrimis agricolis & civibus, cleroque (maximè rurali) corraditur & emungitur, quo perſæpe Patres familias pro liberis educandis, ipsique ſacrificuli, quorum beneficia nonnunquam opulentiſſimis incorporata ſunt, pro vita ſuſtentanda opus haberent: ne ſeditio tandem vulgi*

 ſæpè

ſæpè hâc de re murmurantis (ut his auribus Deum teſtor audivi) in eccleſiaſticos ſuboriatur. Plus tamen æquo gravamina iſta exaggerant proteſtantes, utì GEORGII Tr. de grav. Nat. germ.: quos refutat BARTHELIUS *opus II. Diſſ. de auth. Pallii.*

V. Convocato itaque Concilio Conſtantienſi * Præſules Germaniæ in eo præcipuè laborarunt, ut querelis ſuis ſalutare daretur remedium; ** quare placuerunt tandem a. 1418. inter Martinum V. & Nationem CONCORDATA QUINQUENNALIA *** per quæ Nationi datum fuit aliquod querelarum remedium. ****

* Equidem in Concilio Piſano ad reformationem disciplinæ attentè oculos ſuos convertebant Patres, ceu in ſeſſ. 16. palam declarant; iis conformiter etiam neo-electus ALEXANDER V. quoad aliquot ſaltem capita abuſuum medelam ſeſſ. 22. & 23. propoſuit: Verùm quia hic neò Pontifex non ab omnibus, & præcipuè non à Rege Germaniæ in hac qualitate agnoſcebatur, hinc initium hoc reformationis disciplinæ ad aliud Concilium remitti oportuit continuandum: Concilium itáque Conſtantienſe erat illud, in quo maximo cum ſtudio hoc in negotio laborandum videbatur.

** Sanè

** Sanè quærendi remedii ergo Deputati Nationis noſtræ inſigni cum profectu abuſus, eorúmque remedia enucleabant, & ad ſanctionem generalem Concilii dirigebant gravamina ſua una ſerie complexa in AVISAMENTIS CONSTANTIENSIBUS ſub initio an. 1418. exhibitis. vid. ſupra n. III.

*** Nempe MARTINUS V. integræ reformationis executionem ob cauſas quas PLATINA in vita ejus refert, in aliud tempus diſtulit: uſus itaque fuit idem Pontifex proviſorio & interimiſtico modo, ut ad tempus ſatisfaceret Nationis noſtræ querelis: quare cum eâdem iniit quandam Concordiam in quinque annos, Pontificatûs ſui anno primo. Conf. *FLEURY ad hunc annum.* Eorum Concordatorum duplicem formam refert editor Diplomaticus *DUMONT Corps Diplom. Tom. II. P.* 2. *p.* 109. unam ex MS. Cæſareo Vindobonenſi: alteram ex LEIBNIZIO per Joannem Cardinalem Oſtienſem bullariter extenſam.

**** Articuli ibi conventi inter alia quoad ſubſtantiam hæc continent:

a) In Eccleſiis Cathedralibus & Mona-

ſteriis apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectis inſtituendas electiones Canonicas, factáſque ad apoſtolicam Sedem deferendas, ab eaque confirmandas: ſin minus canonicè fiant, aut infra tempus in conſtitutione NICOLAI III. quæ incipit: *cupientes*, definitum non præſententur, Eccleſiis à Papa providendum.

b) In reliquis monaſteriis apoſtolicæ Sedi non ſubjectis, nec Romam eundum, nec confirmationem Romani Pontificis expectandam.

c) De ſolis monaſteriis Monialium exemptis Papa diſponere poſſit, ſed per commiſſionem in partibus.

d) Pontifex beneficia eccleſiaſtica alternis duntaxat vicibus cum legitimis collatoribus diſtribuat.

e) Niſi ſpatio trimeſtri à die notæ vacationis Papa vacans beneficium contulerit, diſpoſitio ejus Ordinario Collatori vindicanda ſit.

f) In Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis Nationis Germanicæ ſexta Canonicatuum & Præbendarum pars Doctoribus, Licentiatis, artiúmque liberalium Magiſtris aſſervetur.

g) Ec-

g) Eccleſiæ parochiales, in quibus duo communicantium millia numerantur, ſolis itidem Doctoribus & Licentiatis Theologiæ, Juríſve Canonici vel Civilis aut Baccalaureis Theologiæ committantur.

h) Negotium Annatarum examini Commiſſariorum ſubjiciatur, ut taxæ fiant juſtæ.

i) Nullæ cauſæ Romam devolvantur, niſi quæ naturâ ſuâ & jure ibi ventilandæ.

k) Simoniæ Crimen omnino proſcribatur. &c. Conf. VAN DER HARDT T. I. p. 1055. . . . Ceteri interim abuſus ad futurum Concilium reſervati fuêre.

VI. Ut pax tandem ex integro inter Nationem noſtram & Sedem apoſtolicam efflorеſceret, atque è medio tollerentur abuſus ſinguli, novum BASILEÆ * coaluit generale Concilium ** tum à novis ejus occaſione exortis turbis *** tum à Decretis ſuis famoſiſſimum. ****

* Equidem quinquennio deſignato ad exitum vergente aperiebatur Concilium *Papiæ*, quod mox ob peſtem ad *Senarem* civitatem translatum, ibidem negotium reformandæ diſciplinæ volebat aſſumere; verum ob impedimenta varia Concilium

Digitized by Google

cilium hoc *Senenſe* ſperato caruit ſucceſſu; unde reformatio Eccleſiaſtica ad Concilium aliud Baſileæ intra ſeptennium celebrandum debebat remitti. Conf. Bulla MARTINI V. apud RAYNALD. a. 1424. n. 4.

** Concilium hoc pluribus Theologis malè audit, ſunt enim, qui illud de ſerie generalium Conciliorum planè expungant: ſunt, qui illud partim approbatum partim reprobatum eſſe volunt: dum edita fuit Romæ an. 1608. Collectio Conciliorum calenter diſputatum fuit, an inter ea ſit locus dandus Concilio Baſileenſi. . . Fuêre in Concilio Tridentino, qui indignabantur authoritatem ejus allegantibus. . . qui nigrè magis notari amat hoc Concilium, adeat *Anti-Febronium Italum* editum a. 1772. T. II. Diſſ. IV. c. IX. p. m. 281.

Additio. Quanquam Oecumenicitatem hujus Concilii pro totâ Eccleſia, approbationem & acceptationem Univerſalem non agnoſcam: ubi enim locorum apertè conſtat de poſitiva approbatione omnium decretorum vel ab EUGENIO vel à NICOLAO facta? Germanis tamen refricatio memoriæ quoad certa decreta hujus Concilii, atque diligens actorum ejus perlectio eſt prorsûs commendanda: tum pro-

propter intimum eorum nexum cum Nationis noſtræ Concordatis, tum propter ſolennem eorundem acceptationem atque Sedis apoſtolicæ pro Natione noſtra approbationem, agnoscente id pridem Rmo ZALLWEIN O. S. B. T. II. p. 310. ubi inquit: „in ea ſynodo actum fuit de regendis finibus jurisdictionis & jurium Pontificiorum, de tollendis gravaminibus ab omnibus fere nationibus contra Pontifices propoſitis & oblatis, de gratiis expectativis abolendis, reſervationibus reſtringendis, annatis prorsùs caſſandis, appellationibus ad Curiam Romanam coercendis, ex quibus maxima ſanè ſequi debuit immutatio in jure Eccleſiaſtico. . . ex hac ulteriùs ſynodo Originem traxit Sanctio pragmatica Gallicana, inde ſecutum Concordatum Gallicum: huic potiſſimùm ſynodo debemus noſtra Concordata Germaniæ. . . quod alibi jam monuimus, iterum iterúmque monemus, nempe ut in pervolvendis hujus aliarúmque mox præcedentium & ſubſequentium ſynodorum actis ſimus ſolliciti. quia ex his præcipuè jura ſingularia noſtræ Germaniæ ſunt addiſcenda„ hucusque ille.. utcunque vir iſte eruditiſſimus evolvenda cupierit ac monuerit ſynodi hujus acta & decreta: ea tamen inter Germaniæ noſtræ Concordata referre hæſitavit. *ſed de hoc in ſequentibus.*

*** Juvat

Digitized by Google

*** Juvat hìc celebris hujus Concilii fata & natas tum temporis turbas brevi ſynopſi dare: Prima ſeſſio habita 14. Decemb. 1431. ubi prælectis ſtatutis variis, videlicet decreto Concilii Conſtantienſis ſeſſ. 39. de celebratione Conciliorum atque Decreto Martini V. unà cum ejusdem bulla, quibus civitas Baſileenſis pro Concilio mox celebrando deſtinabatur, propoſitæ ſunt cauſæ ſex ſuadentes hujus Concilii celebrationem. 1) Ut hæreſes extirparentur. 2) Ut omnes Chriſtiani populi ad unionem Eccleſiæ Catholicæ reducerentur. 3) Ut ea, quæ Orthodoxæ fidei veritates ſpectant, edocerentur, 4) ut bella inter principes Chriſtianos exorta ſedarentur, 5) ut Eccleſia reformaretur in *capite* & *membris*. 6. Denique ut vetus Eccleſiæ disciplina, quantum fieri poſſet revocaretur. Verum EUGENIUS non multo poſt variis de cauſis illud diſſolvere meditatus eſt, aliúdque Concilium indicere Bononiam, cui ingenti ſeſe æſtu oppoſuêre PP. Baſileenſes, eóque ſunt progreſſi, ut 30 April. 1432. ſeſſ. 3. Eugenium & Cardinales ad cauſam coram ipſis dicendam evocarent: poſt multas gravésque utráque ex parte concertationes ad annos circiter duos protractas tandem EUGENIUS SIGISMUNDI

DI Imperatoris operâ cum Concilio in gratiam rediit a. 1534. ſeſſ. 16... Concordia hæc per annos fermè quinque perſtitit, quorum intervallo Concilium legitimè continuatum fuit: verùm cùm in ſeſſ. 25. ſat multi Patres Conc. Baſileenſe concluderent approbante ſummo Pontifice, alii verò Patres ſeſe huic concluſioni opponerent, nova erupit diſcordia; Baſileenſes denuò in jus vocârunt EUGENIUM, atque ad electionem novi Pontificis, depoſito Eugenio, procedere non dubitabant. vide FLEURY H. E. T. XXVII. per totum.

Additio 1. Hìc præterire vix potui quid ſub finem a. 1439. præſtiterit celeb. PANORMITANUS proprio nomine *Nicolaus Tudeſcus* natione Siculus, olim Abbatiæ Ordinis S. Benedicti Panormi Abbas, poſtea ejusdem civitatis Archiepiſcopus: is tractatum ſcripſiſſe atque triplicem quæſtionem adfirmâſſe ac probâſſe dicitur. 1) *An Baſileenſe Concilium verè fuerit Oecumenicum?* 2) *An Baſileenſe Concilium poteſtatem legitimam ipſum Eugenium citandi, & proceſſum contra eundem faciendi usque ad depoſitionem incluſivè habuerit?* 3) *An de facto Baſileenſe Concilium contra Eugenium juſtè proceſſerit tam citando quàm deponendo?* & præfatus ſcriptor ſynodum in nullo juſtitiæ leges violâſſe tenet, de hoc tractatu *BELLARMINUS* L. *de ſcript.*

ſcript. Eccleſ. hæc habet: *Ego certè inter ejus opera variarum editionum Librum illum nusquam reperi.* Verùm tractatum iſtum lego in ejusdem operum ultimo Tomo editionis Lugdunenſis. a. 1531. vidi quoque illum in alia editione Lugdunenſi de a. 1547. GERBAISIUS quoque Doctor ſorbonæ tractatum iſtum ſumma integritate ac inſigni prorsùs fide & ſermonis puritate Gallicè reddidit a. 1697. argumento quoque à ſtyli ſimilitudine criticis uſitato conſtat verum *Panormitani* partum eſſe. quid ergo de eo ſentiam? ℞. Fuiſſe ſummæ inconſtantiæ virum, qui poſtquam trinâ vice defenſionem EUGENII contra PP. Baſileenſes ſuſcepiſſet, teſte FLEURY T. 27. p. 489. 502. 509. tandem ad PP. Baſileenſium caſtra politicis de cauſis tranſiit: mutâſſe tamen ex poſt mentem ſuam inde liquet, quòd ad calcem ſuorum operum diſertis verbis contrarium aſſerat.

Additio 2. Quid verò inter enatas iſtas multiplices turbas egit Germania noſtra? placuit eidem neutralitatis via, neque EUGENII neque PP. Baſileenſium ſectando partes: „Edicimus & proteſtamur, verba „ ſunt compromiſſæ unionis S. R. J. Principum Electorum apud MüLLER im „ Reichs-Tags Theatro p. 31., ac invicem bonâ fide promittimus, quòd nullam partem adverſus alteram de præſen-

„ ti

„ ti quomodolibet fovere proponimus,
„ quinimo, ſiquæ mandata, proceſſus
„ vel edicta, tam ab ipſo Domino noſtro
„ Papa, quàm à S. Baſileenſi Concilio ad
„ nos aut ſubditos noſtros emanare con-
„ tigerit, quascunque pænas continentia,
„ nos propter dubium probabile & ad
„ præſens indiscuſſibile animos noſtros
„ ſuſpenſos retinebimus, ne ulli parti ad-
„ versùs alteram favere videamur, & in
„ ſola ordinaria jurisdictione citra præfa-
„ torum tam Papæ quàm Concilii ſupre-
„ mam poteſtatem, Eccleſiaſticæ politiæ
„ gubernacula per Diœceſes & territoria
„ noſtra ſuſtentabimus, donec Romanum
„ Pontificem eligemus, nósque una ſe-
„ cum de viis & mediis aptioribus pertra-
„ ctemus, quibus ſupradicta diſcordia in-
„ ter præfatum Dominum noſtrum Papam
„ & ſacrum Baſileenſe Concilium tollatur
„ è medio. FLEURY l. cit. p. 360. &
380.

**** Quam plurima in eodem edita fuiſſe decreta reformatoria, ſalutaria, pro abolendis gravaminibus perquam idonea, nemo abnegabit, qui acta ejusdem Concilii evolverit. Etſi tamen Natio noſtra eadem decreta ſibi ſummè proficua agnoſceret, ne latum tamen unguem eapropter à Neutralitate ſua ſe dimoveri ſivit, qualitercunque Patres Baſileenſes eandem ſollicitarent.

VII. Germania noſtra ſuæ erga Sedem apoſtolicam obedientiæ memor à partibus Baſileenſium ſtare nolens, perſpexit utilitatem imo neceſſitatem recipiendi *nonnulla Baſileenſia Decreta*; Hinc an. 1439. die 26 Martii Moguntiæ, erecto ſolenni Inſtrumento publico eadem acceptavit cum nonnullis moderationibus. *

* Inſtrumentum acceptationis Decretorum in elencho Conciliorum Mog. an. 1761. appromiſſum, ann. demum 1763. editum eſt in libello ſub rubro: *Concordata Nationis Germaniæ integra*. an. 1771. cum additamentis recuſo & hoc an. 1773. continuato. Inter decreta autem Baſileenſia à Germania acceptata ſunt iſta: Primo: Decretum per ſacrum Conſtantienſe Concilium factum, & per ſacrum Baſileenſe Concilium renovatum, *de auctoritate & poteſtate ſacrorum generalium Conciliorum, temporibúsque & modis eadem convocandi & celebrandi*, quod eſt primæ Seſſionis. & incipit *Frequens generalium Conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura eſt*. Item Decretum de *Electionibus* duodecimæ Seſſionis, quod incipit: *Sicut in conſtituendo domo præcipua eſt Architectoris cura*. Sed quia lex ſic clare condi non poteſt, quin aliquam poſſit recipere dubitationem, petimus quatenus ſacrum Concilium declarare dignetur, quod electiones Pontificum & Abbatum fiant ſervata forma in

hoc

hoc decreto tradita, quod in cæteris inferioribus dignitatibus electivis quibuscunque ſufficiat modus & forma juramenti in eodem decreto expreſſi, cæterum ſtatuere dignetur ſacrum Concilium, quod promovendus per Papam ſecundum quandam clauſulam hujus decreti, quæ incipit : *niſi ex magna* &c. remittatur conſecrandus, aut benedicendus ad ſuum ſuperiorem immediatum, niſi forſan talis promovendus fuerit præſens in Romana Curia, quo caſu nihilominus remittatur, ut hujusmodi ſuo immediato ſuperiori præſtet debitum juramentum, quodque etiam confirmatio electionum fiat per immediatum ſuperiorem, ad quem ſpectat jus confirmandi, & ſi ipſe ſine cauſa rationabili confirmare diſtulerit, ſeu recuſaverit, mediatus ſuperior deſuper adiri poterit; inſuper, quod etiamſi contingat proviſionem per ſacrum Concilium Domino Papæ non fieri, nihilominus electiones ſecundum formam hujus decreti, & ſupra declaratam valeant fieri, & robur obtineant, neque propterea, quod ſibi per ſacrum Concilium proviſum non fuerit, quovis modo valeant impediri. Item decretum decimæ quintæ Seſſionis DE CONCILIIS SYNODALIBUS & PROVINCIALIBUS obſervandum, quod incipit *Pridem hæc ſancta Synodus quodam*

&c.

&c. Item decretum decimæ nonæ Seſſionis *de Judæis & Neophytis*, quod incipit: *Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſequens veſtigia* &c. Item omnia ſaluberrima decreta viceſimæ Seſſionis, quorum primum diſponit de *publicis Concubinariis*, & incipit: *Quicunque Clericus cujuscunque ſtatus, conditionis, religionis*, &c. Secundum de *modo communicandi his, qui dicuntur excommunicati, ſuſpenſi vel interdicti*, & incipit: *Ad vitanda ſcandala* &c. Tertium de *modo & forma ponendi interdictum in loco, & divina reſumendi*, & incipit: *Quoniam ex indiſcreta* &c. Quartum de *modo appellandi vel non appellandi ante ſententiam*, & incipit: *ut lites citius terminentur* &c. Similiter omnia Decreta viceſimæ primæ Seſſionis quorum primum tollit ANNATAS: circa hoc tamen decernentes ſacrum Concilium declarare, quod non intendit per hoc Decretum prohibere, quin licitè exigatur & ſolvatur, ſi quid tempore receptionis beneficiati ſolitum ſit ſolvi Fabricæ, vel pro Ornamentis Eccleſiæ vel ſimili caſu, ad uſum tamen divini cultûs, & non ad privatum commodum perſonarum convertendum. Secundum Decretum viceſimæ primæ Seſſionis diſponit de *pacificis poſſeſſoribus non moleſtandis*, & incipit: *Quicumque non violentus* &c. Tertium docet, quomodo divinum officium ſit in Eccleſia celebrandum

dum, & incipit: *Si quis Principem ſæculi* &c. Quartum oſtendit, *quo tempore debet quisque eſſe in choro*, & incipit: *Qui in matutinis* &c. Quintum, *qualiter extra chorum horæ Canonicæ ſunt dicendæ*, & incipit: *Quoscunque etiam* &c. Sextum *de his, qui tempore divinorum vagantur per Eccleſiam*, & incipit: *Quicunque in Eccleſia* &c. Septimum, *quod tabula pendeat in choro*, & incipit: *Ut cuncta in domo Dei ordinate* &c. Octavum, *quod in Miſſa compleatur Credo, & quod non baſſe legatur Miſſa*, & incipit, *Abuſum aliquarum Eccleſiarum.* Nonum *de pignorantibus cultum divinum*, & incipit: *Abuſum illum cultui div.* Decimum *de Capitulis tempore Miſſæ non tenendis*, & incipit: *Probibet hæc ſancta Synodus.* Undecimum *de ſpectaculis in Eccleſia non faciendis*, & incipit: *Turpem etiam illum.* Similiter *decretum de numero & qualitate Cardinalium*, de quo in viceſima tertia Seſſione, & incipit: *Cùm ſummo Pontifici.* Item Decretum ejusdem viceſimæ tertiæ Seſſionis *de electione caſſanda, ex qua turbari poſſet Eccleſia*, & incipit: *Licet dudum hæc ſancta Synodus.* Item Decretum ejusdem Seſſionis, per quod *reſervationes tolluntur*, & incipit: *Et quia multiplices.* Circa hoc tamen dignetur ſacrum Concicilium jus Commune renovare, quod Papa hujusmodi beneficia in dicto Decreto ſibi reſervata conferat infra ſpa-

 tium

tium unius menſis, alioquin ordinarii conferre valeant, quodque proviſi à Papa infra quatuor menſes ordinariis ſuam proviſionem ſub pœna amiſſionis juris inſinuare debeant. Item Decretum ejusdem Seſſionis *tollens Clementinam. litteris, de probatione*, & incipit: *Licet in Apoſtolici.* Inſuper Decretum triceſimæ Seſſionis *de Communione Sacramenti Eucbariſtiæ*, & incipit: *Ut lucidius videatur pro declaratione.* Item Decretum *de Collationibus beneficiorum* in triceſima prima Seſſione, & incipit; *Placuit divinæ pietati*; cum aliis Decretis *de qualificationibus & ordine promovendorum* loquentibus. Supplicatur tamen ſacro Concilio, ut declarare dignetur, quod vigore horum Decretorum non intendit tollere inferioribus ordinariis tempus Lateranenſis Concilii quodque ante ipſius lapſum non habeat locum præventio; cæterum, quod in natione noſtra in gratiis, quas Dominus Papa adhuc facere habet, præferatur Theutonicus non Theutonico in Eccleſia Theutonicali, præſertim Parochiali. Similiter ultimum Decretum triceſimæ primæ Seſſionis diſponens *de cauſis & appellationibus* &c. quod incipit *Eccleſiaſticæ ſollicitudinis ſtudium* &c. Cæterum Decreta, quæ ſimpliciter ſunt acceptanda, ſimpliciter acceptamus, alia cum ſuis modificationibus & declarationibus ſub

ſpe,

Digitized by Google

ſpe, quod per ſacrum Concilium approbentur & decretentur, acceptamus ſic modificata & declarata.

VIII. Neutralitate iſtâ ad ſex annos usque protractâ, ne maleſauſti contra centrum unitatis prodirent effectus, Electoralis unio Francofurti de an. 1446. oſtium redeundi ad poſitivam obedientiam aperuit, Eugenium nempe pro legitimo Pontifice agnitura, dummodo decreta Baſileenſia ſervaret, & nonnulla alia Nationi indulgeret. *

* Petitum nempe fuit 1) ut in uno ſex Germaniæ nominatorum locorum mox Concilium convocaretur. 2) Ut profeſſio poteſtatis, authoritatis &c. generalium Conciliorum militantem Eccleſiam repræſentantium per Oratores apoſtolicos facta literis apoſtolicis approbaretur. 3) Ut nationi Germanicæ ſuper ſuis gravaminibus opportunè provideatur. 4) Ut quæ in præjudicium duorum Principum Electorum *Colonienſis* Theodorici Comitis à Mœrs, & Trevirenſis Jacobi à Sirck acta ſunt revocentur & in priſtinum ſtatum redigantur. FLEURY ad an. 1446.

IX. Quare anno 1447. Germani Legationem ad Eugenium IV. Romam diſtinârunt, Nationem ad ejus obedientiam redituram eſ-

 ſe

ſe, ubi petitis ſuis & acceptatis annueret: auditâ quoque Legatione EUGENIUS poſtulata conceſſit * atque ſpecialibus conſtitutionibus deſuper editis approbavit. **

* Id potiſſimùm factum fuit operâ *Æneæ Sylvii* S R. E. Cardinalis atque *Joannis de Lyſura a)* Præpoſiti B. M. V. ad Gradus Moguntiæ teſte *GOBELLINO Comment. Lib.* 1. Pii II. pag. 13. apud *MüLLER* Reichs Tags *Theatro* p, 347. Confer quoque *HÆBERLIN* allgemeine Reichs-Hiſtorie achter Band p. 10. & ſeqq.

(*a*) De hoc Cl. Dürr Diſſ. de annis carentiæ pag. 48. ite refert. Hic JOANNES DE LISURA pro more ævi ita dictus, quia Liſuræ ad Moſellas, quæ eſt in Territorio Trevirenſi Præfecturæ Witliacenſis pagus, erat oriundus, fuerat inter viros Germanicæ eruditos tempore Concilii Baſileenſis celebris admodum, & ſtrenuus ab initio Jurium & libertatum Eccleſiæ germanicæ vindex, Theodorico ab Erbach Archiepiſcopo & Electori Mogunt. à Conſiliis Eccleſiaſticis, & ejus in Spiritualibus Vicarius generalis: a. 1434. Romam ad Eugenium IV. Pontificem miſſus ad petendum pallium Archiepiscopale teſtante Bullâ papali in L. B. DE GUDENUS *Cod. Diplom.* T. IV. p. 216. n. XCIII, ad tollendum diſ-

ſidium

ſidium inter Eugenium IV. & Patres Concilii Baſil. enatum a. 1438. ab eodem Electore deſtinatus fuit legatus ad Concilium Baſil. teſtantibus litteris Electoralibus eodem Anno ad Capitulum Collegiatæ B. V. ad Gradus Moguntiæ datis apud alleg. GUDENUM l. c. 239. & quidem ea ex cauſa, *quòd hucusque in hujusmodi negotiis pro nobis in ſacro Baſilienſi Concilio orator extitit, ſibique materia diſſenſionis hujusmodi competenter nota ſit.* Habuit Joannes de Liſura partem præcipuam *Aviſamentorum Mogunt.*, *acceptationis Decretorum Concilii Baſil. à Germanis factæ*, *Neutralitatis Germanorum tempore ſchismatis*, *ſtabilitæ Unionis Electoralis de a.* 1446., *Concordiæ cum Eugenio IV. Pontifice initæ*, *& denique Concordatorum Aſchaffenburg. de a.* 1448. Conf. *ſumma Conciliorum Baſil.*, *Florent.* &c. authore AUGUSTINO PATRITIO a. 1480. conſcripta in HARTZHEMII *Conc. Germ.* T. V. p. 852. notatu autem digna ſunt, quæ de illo ſcribit AENEAS SYLVIUS *in Hiſtoria Friderici III. Imper. in KOLLARII Anecdotis Vindob.* T. II. col. 114. *Joannes de Liſura fœderis* (ſcilicet quod inter 6. Electores excluſo Bohemo initum fuerat, ſeu *Unionis Electoralis* de a. 1446., quæ legi poteſt in MüLLERI Reichs-Tags *Theatro Friderici V.* p. 248.) *& Auctor & Defenſor Moguntinum in ſententia tenebat, cùmque res diu inutiliter tractare-*

 tur,

tur, ad pecuniam tandem recurrere oportuit, cui raræ obediunt aures, hæc domina curiarum eſt, hæc aures omnium aperit, huic omnia ſerviunt, hæc quoque Moguntinum expugnavit, non quòd ipſi quicquam promiſſum fuerit, ſed inter quatuor ejus conſiliarios duo millia florenorum rhenenſium erogata ſunt, quæ bono animo Cæſar (Frid. III.) *ſolvit, ne ſe ſpreto Electores ad partes Concilii* (Baſil.) *Felicisve declinarent, quam ſummam Nicolaus* (ſcilicet *quintus* Pontifex) *poſtea per Æneam Friderico remiſit.* Deinde deſcribit ÆNEAS SYLVIUS, quâ ratione legatio ab Imperatore & Electoribus Romam miſſa fuerit ad Eugenium IV. Pontificem eo fine, ut ſi Notulas ab Ænea Sylvio compoſitas acceptaret, obedientiam nomine Nationis german. præſtarent, ac pergit: *Joannes de Liſura jam mutatus erat, & in Legatione Moguntini venit.* nec defuit liberalitas Pontificia erga Joannem de Liſura poſt condita Concordata Aſchaffenburg., dum non ſolùm creatus fuit Præpoſitus Collegiatæ ad Gradus B. M. V. Moguntiæ, cujus antea ſaltem erat Canonicus, ſed & dum obiit a. 1453. in craſtino S. Catharinæ (26. Nov.) in menſe Papali Moguntiæ D. Joannes Flach de Schwartzenberg Cantor Eccleſiæ Cathedr. Spirenſis, & Cuſtos Metropolitanæ Moguntinæ, huic ex collatione Apoſtolica in Præbenda Spirenſi, in Cantoria autem,

cujus

cujus collatio ad Epiſcopum Spirenſem pertinet, dubio procul accedente Epiſcopali conſenſu ſucceſſit. a. 1455. uf Sanct Jörgen Abend (22 Aprilis) unâ cum Swicardo de Sickingen Præfecto Brettheimenſi in cauſa quadam arbitrum egit, & laudi hæc ſunt initialia: Ich Johan von Liſuer in Geiſtlichen Rechten Doctor, Probſt zu unſer Frauen zu Menge und Senger der merern (Cathedralis) Stiffts Spier 2c. in Codice antiquo Eccleſiæ Cathedr. Spir., cui *novarum Regularum Chori* nomen eſt inditum, legitur: *ad prandium in propinatione Episcopi Presbyterorum Joannis Evangeliſtæ* (qualis Moguntiæ adhuc eſt in uſu, diciturque *Choreпiscopus*) *legavit Magiſter Joannes de Liſura Cantor* 1 *flor.*, *qui comparatus eſt cum XX. Florenis a. MCCCCLXV.* obiit vir hic memoriâ dignus a. 1459. die 27. Auguſti, prout teſtatur NECROLOGIUM Eccleſiæ Cath. Spir., ubi hæc ſunt annotata: *Anno Domini MCCCCLIX. die S. Ruffi* (XXVII. Aug.) *obiit Magiſter Joannes de Lyſura Cantor hujus Eccleſiæ.* Tumulum ſibi elegit in Carthuſia Moguntina, dubio procul ex ratione, quòd per tempus inclinârit in partes Felicis V., qui Eugenio IV. fuerat oppoſitus à Concilio Baſil. & more Cathuſianorum eremiticam duxerat vitam & lapis ſepulchralis, qui tegit ejus cineres adhuc hodie conſpicitur in Eccleſia Carthuſianorum Mogunt. & quidem in

in Capella B. V., ubi legitur hæc inſcriptio: *An. Dni MCCCCLIX. die XXVII Auguſti obiit Venerabilis Pater Dominus Joannes de Lyſura Præpoſitus B. M. ad Gradus Moguntiæ.* Biographia hæc, ad quam per tranſennam deducti ſumus, cum Anekdotis relatis de præcipuo noſtrorum concordatorum artifice eò gratior erit litteratis, cum exinde aliquod Concordatorum Ænygma luce quadam perfundatur; de cœtero quia Joannes de Lyſura opem litterariam præſtitit Nicolao Cuſano Cardinali & Epiſcopo Brixinenſi origine pariter Trevirenſi in nota controverſia cum archiduce Auſtriæ Sigismundo, ſic adverſarii de illis lepidum illum compoſuerant verſum: *Cuſa & Lyſura pervertunt ſingula.*

** Bullam reſtitutionis duorum Archiepiscoporum vide in *Lib. Concord. Nat. Germ. T.* 1. *p.* 138. Bulla confirmationis Decretorum acceptatorum ſequens eſt: Eugenius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei ad futuram rei Memoriam. Ad tranquillitatem & commoda omnium Chriſti fidelium, & præſertim Nationis Germanicæ quam apoſtolica Sedes ſingulari affectione proſequitur, diligendi ſtudio intendentes, ea libenter concedimus, per quæ ipſius Nationis perſonarum quieti & commoditatibus conſulatur. Sanè ad inſtantiam Chariſſimi in Chriſto

Chriſto Filii noſtri Friderici Rn. Regis, illuſtris & venerabilis fratris noſtri, Theodorici Archiepiſcopi Moguntinenſis, ac dilecti filii nobilis Viri Friderici Marchionis Brandenburgenſis, per alias noſtras Litteras, nonnulla circa Concilium Conſtantienſe, ejusque Decreta; nec non futuri convocationem Concilii mentem noſtram concernentia declaravimus, prout in ipſis litteris plenius continetur. Super aliis autem Decretis Baſileæ editis, & per claræ memoriæ quondam Albertum Rnum Regem acceptatis. ex quorum obſervantiâ Natio Germanica præfata ex pluribus gravaminibus dicitur relevari; contenti ſumus, volumus, ac decernimus, quod omnia & ſingula vigore Decretorum hujusmodi cum ſuis modificationibus acceptatorum, per eos, qui illa acceptârunt, vel acceptantibus in Natione præfatâ adhæſerunt, usque in præſentem diem, quomodolibet geſta vel acta ſunt, cum omnibus inde ſecutis rata, firma & inviolabilia perſiſtant, nec in poſterum à quoquam quavis auctoritate caſſari, annullari aut irritari quovis modo valeant, vel revocari; quodque omnes & ſinguli, qui uſi ſunt illis, ac in vim dictorum Decretorum, à die acceptationis eorundem quidquam conſecuti

ſecuti ſunt, ſecuri ſint & quieti, nec propterea impeti, turbari aut moleſtari poſſint, quomodolibet in futurum. Super obſervatione vero & modificatione Decretorum eorundem cum nonnulli Prælati nationis præfatæ ex eisdem Decretis gravatos ſe fore conqueſti ſint, cumque in illis Apoſtolicæ Sedi, quæ multum in ſuis Juribus ex ipſis Decretis gravata dignoscitur, recompenſatio promiſſa ſit, decrevimus, Legatum noſtrum ſufficienti poteſtate ad partes Germaniæ hujusmodi transmittere, qui mediantibus Rege, Archiepiſcopo, & Marchione præfatis ac aliis ejusdem nationis Principibus & Prælatis, cum quibus fuerit opus, ſuper obſervantiâ & modificatione Decretorum hujusmodi, nec non ſuper proviſione Sedi prædictæ faciendis tractare poterit, & finaliter concordare. Permittentes interim & indulgentes, quòd omnes & ſinguli, qui præfata Decreta receperunt, vel recipientibus, ut præmiſſum eſt, adhæſerunt in præfatâ natione, illis ſimiliter cum modificationibus, quibus recepta ſunt, libere & licite uti poſſint, quas etiam circa ſingula præmiſſa manuteneri & defenſari volumus, donec per Legatum hujusmodi, ut prædictum eſt, concordatum fuerit, vel per Concilium, quod

ad

Digitized by Google

ad prædictorum Regis, Prælatorum & Principum exhortationem convocare proponimus, aliter fuerit ordinatum; non contraventuri, nec contravenientibus conſenſuri quovis modo. Speramus autem, & à certo tenemus, dictos, Regem, Archiepiscopum, Marchionem & alios Principes & Prælatos tanquam devotos ipſius Sedis non paſſuros, medio tempore Romanam Eccleſiam remanere in ſuis juribus ſpoliatam. Hanc autem conceſſionem ad eos, qui declarationi vel obedientiæ per ſuos Prælatos vel Superiores nobis factæ, aut infra ſex Menſes faciendæ ſe opponerent, nullatenus extendi volumus, vel eis opitulari. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino homini liceat, hanc paginam noſtræ conſtitutionis, permiſſionis, conceſſionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo, nonis Februarii, Pontificatûs noſtri anno ſexto decimo.

Spe-

Specialem Bullam conceſſit Pontifex tum temporis Archiepiſcopo Moguntino ſequentis tenoris: *Eugenius* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili Fratri noſtro *Theodorico* Archiepiscopo Moguntino ſalutem & apoſtolicam Benedictionem. Tuæ fraternitatis, quam ad nos, & Sedem Apoſtolicam habere dignoſceris, & nuper operum ab effectu dum per oratores tuos te ſub obedientiâ & devotione noſtrà, firmiter ſtare, & permanere velle alios ad ſimilia facienda per hoc alliciendo, quamvis de illa nunquam dubii fuerimus, declarâſti, promeretur, ut petitiones tuas his præſertim, per quas Concordata & inita inter nos Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fridericum Romanorum Regem illuſtrem te Principes & Prælatos plures Nationis Germaniæ manuteneantur, ne ſuper illis difficultates inter contendentes oriantur, ad exauditionis gratiam admittamus. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat, quod licet nos nuper ſuper acceptatione certorum decretorum per dive memorie Albertum Regem Romanorum illuſtrem te & alios Principes Electores illisque adhærentes acceptatorum ac illorum, qui in vim illorum quidquam conſecuti ſunt, nec non pacificatione poſſeſſorum ad certam cum iisdem concordiam, prout in di-

diverſis aliis litteris noſtris, quarum tenoris præſentibus ac ſi de verbo ad verbum hic inſertæ forent, devenerimus, nihilominus quia proviſio circa illa in genere loquitur, nec poterant omnes, quorum intereſt, ſpecificari, cupis tales in tuis provincia civitate & Diœceſi Moguntinenſi ſpecificare ac de illis atteſtari, nec non ubi petitum ſeu opus viſum fuerit declarationes facere poſſe *tempore procedente.* Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi ſuper his opportunè providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui tales, quorum intereſt, ad præſens ſpecificare non valemus ſupplicationibus tuis hujusmodi inclinati tibi, quoties opus fuerit, ſuper acceptatione decretorum ac poſſeſſorum pacificatione juxta concordiam præfatam litteras tuas teſtimoniales tuo, ac dilectionem filiorum Decani & Scholaſtici maiores ac ſancti Petri extra & beatæ Mariæ ad Gradus intra muros Moguntinenſium Eccleſiarum Præpoſitos pro tempore exiſtentes appenſis ſigillis ſigillatas & per notarium publicum ſubſcriptas dandi concedendi & an ſub concordia & generalitate præfatis hic quorum intereſt contineantur & & per easdem intelligantur ſeu comprehendantur ac ſi præſentibus ipſi & adverſarii ſeu competitores eorum in dictis lit-

 teris

teris noſtris nominatim expreſsi forent ita & taliter quod eis in judicio & extrà fides adhibeatur declarandi & atteſtationes faciendi auctoritate apoſtolica plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominicæ milleſſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, id. Februarii Pontificatûs noſtri anno ſexto decimo.

De Curia
L. DE CASTILIONO.

X. Cùm per Concordata iſta per Eugenium IV. approbata Natio noſtra obtinuerit gravaminum ſuorum remedium: reſtabat, ut ſanctiſſimæ Sedi redhoſtimenti loco quidquam concederetur * quare in Diœta Aſchaffenburgenſi a. 1448. recompenſatio in puncto reſervationum & annatarum Concordatis finalibus feliciter concluſa fuit ** anterioribus de cætero in ſuo eſſe conſervatis. ***

* Recompenſatio iſta appromiſſa fuit EUGENIO IV. ſi annueret petitis, ceu oſtendit Bulla confirmatoria Decretorum Baſileenſium §. 3.

** Concordata iſta cum ſuo Originali collationata exhibent Concord. Nat. Germ. integra. l. cit.

*** Id

*** Id clarè loquitur ipſa Concordatorum litera verſu „ *in aliis autem, quæ per felicis recordationis EUGENIUM Papam IV. pro Natione præfata uſque ad tempus futuri generalis Concilii permiſſa, conceſſa, indulta, atque decreta, & per memoratum ſanctiſſimum D. Papam NICOLAUM confirmata fuêre, in quantum illa concordiæ præſenti non obviant, iſtâ vice nihil extitit immutatum.*

Additio. Salvum itaque & illæſum perſtat Principium á viris Celeberrimis NELLERO, SCHLOER, utque AUTHORE MOGONO *Concord. Nat. Germ.* adoptatum: *Nihil Vi Concordatorum Germaniæ ſummo Pontifici reſervatum manet, niſi quòd per Concordata Aſchaffenburgenſia eidem redhoſtimenti loco EXPRESSE ceſſum & addictum*: Fluit hoc liquidò ex allatâ Clauſula Nicolai V. Concordatis Aſchaffenburgenſibus *expreſsè* inſertâ: nititur Concordatorum hiſtoriæ, atque ſanæ in puncto occurrentis colliſionis pacta anteriora inter & poſteriora hermeneuſi: eſt equidem author noviſſimus, id ipſum principium evertere conaturus, prætendens Conſecrationem Suffraganeorum S. Pontifici per Concordata reſervatam, de quâ nulla expreſſa in Concordatis Aſchaffenburgenſibus mentio: verùm quam parum iſta ex Concordatis ſummo Pontifici reſervata manet, quin potiùs ex Decretis Baſileenſibus à Germania acceptatis Metropo-

litis jure poſtliminio expreſsè & per literam reſtituta ſit: tam parum ex allato exemplo hoc principium corruit: ſed de materia iſta ſpecialis diſquiſitio ad aliud tempus reſervetur.

Diſſertationis Pars altera exhibens Themata Juridica Concordatorum.

I. Stabilitâ Concordatorum Hiſtoria, indubitatum eſt, Sedem Romanam cum Natione noſtra ſuper certis quibusdam juribus tractare & potuiſſe* & decuiſſe ** ſalvo jurisdictionis Primatu Romani Pontificis divinitus inſtituto. ***

* Sunt, penes quos vox Concordatorū peſſimè audit, quaſi Pontifex ſe in vim pacti cum exteris ligare nequeat, eò quod jurisdictionem aliáque jura non ab Eccleſia, multo minus ab Imperatore aut proceribus germaniæ habeat, hisce proin juribus in præjudicium tum proprium tum ſucceſſorum ſuorum renuntiare ne in minimo quidem poſſit: verùm inanis eſt, atque hodie exploſa illa opinio, poſt ſe trahens ſequelas abſurdas, bono utriusque reipublicæ nocivas, ipſis adeò Pontificibus injurioſas: vel enim Pontifices ità ſpondere potuêre vel non? quidquid alterius opinionis patroni velint, labyrintho ſe implicabunt, & Catholicæ Religionis & Sedis Pontificiæ hoſtibus non unam

unam cavillandi anſam præbebunt, quod rimanti patebit ... quanquam non diffitear, ſiquid concederet contra unanimem doctrinam Ss. PP. contra vera & genuina privilegia Cathedræ Romanæ, eaque certa & indubitata, ſiquid irremiſſibile juris a ſe abdicaret, ceſſio corrueret; at num omnia, quæ prætenduntur eſſe privilegia vel authoritates S. Sedis, ſunt re certa juris Divini & inabdicabilis? ubi Chriſtus vetuit Pontifici, ut de juribus ſuis ſecundariis aliquid in bonum ipſum Eccleſiæ atque ad diſſidia tollenda per modum etiam transactionis remittat? ſanè Chriſtus in Eccleſia non inſtituit regimen politicum, deſpoticum, ſed legibus prudentiæ, manſuetudinis & charitatis temperatum, & eo ipſo tale, quo pax & tranquilitas publica, intimus nexus inter Imperium & Sacerdotium conſervetur. Conf. ZALLWEIN T. III. p. 301. SCHMID T. I. p. 85.

** Hoc ipſum ex anterioribus palam eſt: ea enim eſt benigniſſimæ Matris Eccleſiæ Romanæ indoles, ut Oves ſuas balantes decenter exaudiat, ut eas conſervet in ſuo ſinu, maximè remedio amicabilis Concordiæ.

** Ecquid enim de iſto per Concordata remiſit Pontifex? Salva manent ea ſin-

 gula

gula, quæ Primatus iſte in complexu tenet: Intacta manet

1) *Suprema & Generalis omnium Eccleſiarum cura atque ſollicitudo* tum *intuitu fidelium*, ut fides Catholica per univerſum Orbem ſit eadem, & ſervetur immaculata, ut unam ſanámque doctrinam profiteantur ſinguli; tum *intuitu paſtorum*, omnibus totius Orbis Epiſcopis invigilandi, devios ad muneris ſui executionem revocandi, eorum negligentiam & abſentium quacunque ex cauſa defectum ſupplendi, inſufficientes ac impotentes adjuvandi, oppreſſos tuendi & confirmandi: Incolumis perſtat

2) *Cuſtodia atque vindicta Ss. Canonum.*

3) *Judicium ſaltem proviſionale in rebus fidei & morum.*

4) *Poteſtas pro omnibus Eccleſiis condendi leges*, *etiam*, ubi opus fuerit, *coercitivas.*

5) *Primaria cura & opera, ut ex univerſo orbe Paſtores & Epiſcopi congregentur*, ſub ipſius hierarchico præſidio ortas in fide moribùsque controverſias ultimato & inerrabili judicio deciſuri, definituri, ſubſcripturíque... Nihil in his per Concordata detractum legimus: hic enim agitur tantùm de juribus ſecundariis, de reſervatis, quæ ſuc-

ſucceſſu temporis eidem acceſſerunt, queis extendebatur uſus & exercitium ejusdem poteſtatis, querulantibus contrà Nationibus. Conf. Cl. SCHLOER *Diſſ. ad Concord. Germ. Mogunt. a.* 1771. ubi hanc in rem ſequentia adfert: „ NATIO GERMANICA IN VERO GENERE SUBJECTIONIS ROMANO PONTIFICI EJUSQUE POTESTATI CLAVIUM SUBORDINATA EXISTENS, in adiaphoris circa collationes beneficiorum, cauſásque particulares cum Sede romana conflictata fuit, juſta habens gravamina, pro quibus ſopiendis tandem amicabilis prodiit compoſitio, quam CONCORDATA dicimus: conſequenter in hypotheſi juſtæ colliſionis ſecutæ inter caput Univerſale & ejus membra, remanet quidem Imperium univerſale, ſed nexus laxatus in tantum, ut quæ deinceps in cauſis hiſce controverſis utrimque aguntur, cenſeantur ſaltem quoad præſens NEGOTIUM INTER PARTES geri, ceſſante tantisper vinculo Imperantium & parentium, hic non eſt locus authoritati vel Imperio, ſed æquitati prudentiæ & moderamini, non enim verſamur in iis, quæ ad cauſas univerſales v. g. fidei, aut quæ ad jus & officium univerſalis primatûs pertinent; ſed in iis, ad quæ ſummi Pontifices ſeriùs manus ſuas extenderunt poſt Decretales Iſidori, tempore Calamitatis, cauſa & caſu

M 4 par-

particulari, ubi ſummi Pontifices poſt exceſſivas reſervationes ſuas potuerunt & voluerunt ſibi moderamen injicere. „

II. Cùm conſtet ſummum Pontificem cum Natione noſtra concordare ità potuiſſe ac decuiſſe; Erúntne Concordata iſta mera gratia, privilegium, aut nudus favor intuitu Nationis noſtræ? *

* Affirmant id ex Germanis veteres CHOKIER, BRANDEN, NICOLARZ, qui p. 283. §. 6. inquit: Concordata ſummi Pontificis cum aliquo rege non tam habent vim pacti quam cujusdam privilegii: Itali ferè omnes innitentes Deciſioni Rotæ Romanæ in una Leod. Canonicatus 15 Martii 1610. his verbis: „& quæ aliàs dicuntur, quòd Germaniæ Concordata habent vim contractus, vel non ſunt vera, quia ſpiritualia non cadunt in commercium, ſed expediuntur per viam gratiæ: vel Papa per hujusmodi Concordata nihil de novo acquiſivit, ſed multum de jure ſuo remiſit, unde remanent privilegium merum„ *hactenus Rota.*

III. Argumentis id affirmantium inattentis, Concordata iſta tum Principum * tum Aſchaffenburgenſia ſortiuntur veram indolem

lem & naturam pacti ** atque Legis fundamentalis Imperii *** obligantis omnes Germaniæ & Imperio ſubjectas Eccleſias. ****

* Solidè & eruditiſſimè id oſtendit conſultiſſimus NELLERUS Diſſ. de certis S. Concilii Baſileenſis Decretis maximè hierarchicis à Germania & Gallia an. 1438 & 1439. acceptatis. edit. 1764. denuo recuſa in Theſauro J. E. opera Antonii Schmid Profeſſoris Heidelb. a. 1772. pag. 270. qui c. 1. §. XV. ait: *Sunt itaque Decreta Baſileenſia in quantum ab inclyta Natione noſtra acceptata & modificata neque per Concordata an.* 1448 *variata, adhucdum vera pars eorundem Concordatorum utpote relatum inſigne & practicum iſtius referentis : recedens à Cl. Barthelio*, quin ullus eruditorum id ei ſuccenſere poſſit.

** Irrefragabilis hujus aſſerti ratio petitur ex ipſis diplomaticis principiis: quis enim non videt iis manifeſtè adverſari, privilegium aut gratiam ſuperioris in ſcriptis impertitam ab ipſo privilegiato ſubſcribi ? In Concordatis verò tale quid interveniſſe extra dubium eſt. . , docet id apertus Concordatorum tenor: *ex una*, ait Bulla NICOLAI V., *& alia partibus Romanæ Eccleſiæ & dictæ Nationis nominibus. . . hinc inde approbata, concluſa, acceptata, & Concordata fuerunt. JULIUS*

US III. porro conſtit. de 14 Sept. 1554. inquit: *Nos attendentes Concordata dicta vim* NB. *PACTI inter partes habere, & quæ ex pacto conſtant absque partium conſenſu abrogari non conſueviſſe, neque debere.* Accedit Clemens VIII. conſtit. de an. 1603. inquiens: *quæ jam pridem inter hanc Sedem & Nationem Germanicam PACTA ſunt & conventa, quæ Concordata appellantur.* Argumenta in contrarium diſſolvit BARTHELIUS Diſſ Generali p. 294. ubi & palam fit, quid ad deciſionem Rotæ Rom. reſpondendum; unde contra tam clara legis verba (inquit P. WOLFGANGUS SCHMID Inſt. J. T. I. p. 223.) & manifeſtam paciscentium mentem profectò haud prævalent quæcunque ideatæ racionationes quorundam Doctorum Curiæ Romanæ favere nimis volentium, attendant amabo, ità eosdem hortatur prælaudatus BARTHELIUS l. cit. p. 299, & ſeriò conſiderent Doctores ejusmodi, ne, dum Sedis apoſtolicæ tuitionem ex nudis animi præjudiciis parare volunt, ea, quæ ab ipſis proferuntur, pari licentia ab adverſariis Catholici nominis explodantur.., ecquid enim reſpondebunt illi ad hoc iſtorum dilemma: vel poteſt Pontifex nomine Sedis apoſtolicæ contrahere, ſe ſuóſque ſucceſſores ſub conventionali pœna nullitatis & attentatorum per-

perpetuò obligare, vel non poteſt? Si poteſt ergo concluſiones veſtræ aſſentatoriæ, quæ hoc inficiantur, contradicunt veritati, & vos malè reſpondetis Pontifici. Si non poteſt, ergo dum Pontifex ſe poſſe palam dicit... Illuſor & impoſtor eſt. Abſit hoc: Cordatè hujusmodi Doctores redarguit MELCHIOR CANUS de Loc. Com. l. 5. c. 5. *Non eget*, inquit, *Petrus mendacio noſtro, noſtrâ adulatione non eget tot veris & realibus à Chriſto inſtructus & inſignitus prærogativis divinus ſummi Pontificis primatus... quibus aſſentatoribus meritò diceret Romanus Pontifex. quod pacificus Jacob filiis ſuis Simeoni & Levi poſt Sichemitarum cladem Gen.* 34. „odioſum feciſtis me Chananæis & Phe„rezæis, habitatoribus terræ hujus„. Ità illi. Conf. in rem præſentem ea, quæ fuſiùs n. VI. deducuntur.

*** Id inſinuant *Aviſamenta* MAXIMILIANI I. 1510. *Sicut Regnum Franciæ pragmaticam habet Sanctionem, ſic Imperium Romanum Concordata Principum...* docet id quoque edictum FERDINANDI I. Ord. Jud. Imp. aul. in fine: ubi inter alios libros judiciales, ex quibus controverſiæ decidendæ, etiam hæc Concordata commendat... repetiit id quoque MATHIAS Imp. verbis: „So ſollen auch unſere Kaiſerliche Wahl-Capitu-

pitulation, alle Reichs-Abſchied, Cammer-Gerichts-Ordnung, Münſter und Oſnabrugiſcher Friedens-Schluß, Reichs-Matricul, CONCORDATA NATIONIS GERMANICÆ, Corpus Juris Civilis & Canonici und der Reichs-Stände Privilegia auf der Reichs-Hof-Raths-Tafel, damit ſich deren in zweifelhaftigen Fällen gebrauchen könne, ſtäts vorhanden ſeyn. Pariter per CAROLUM V. literis ad Cameracenſes datis Bruxellæ 1554 9 Febr. iis mandatum fuit ſub pœna indignationis & mulcta, ut ſervent Concordata. . . Ejusdem porro capitulatione §. 16. in fine cautum eſt, „Auch ſollen und wollen wir darob und daran ſeyn, daß die vorgemeldte CONCORDATA PRINCIPUM und aufgerichtete Verträge, auch Privilegien und Freyheiten gehalten, gehandhabt, denen veſtiglich nachgelebt und nachgekommen werde. Quod idem usque ad modernum Imperatorem Auguſtiſſimum JOSEPHUM II. in Capitulationibus repetitum: unde literæ collegii Electoralis ad Auguſtiſſimum JOSEPHUM II. in Capitulationibus repetitum: unde literæ collegii Electoralis ad Auguſtiſſimum noſtrum die 19 Martii a. 1764. datæ: *Paterna pro ſalute Imperii vigilans ſollicitudo Majeſtati veſtræ Cæſareæ ſinè hoc Leges, & Sanctiones Imperii* (Concordata) *continuo ob oculos ſiſtit, eas-*

easque omnes decimus quartus Capitulationis Caſareæ articulus. . . complectitur. . . In vim quoque Concordatorum tanquam Legis fundamentalis Imperii emanârunt varia concluſa Jud. Imp. aulici: de quibus vide Part. III. n. II. quæ omnia abundè probant Concordata attendi tanquam pacta vera & Legem fundamentalem Imperii.

**** Quæ enim publicæ tranquillitatis & unionis intuitu communi omnium nomine approbata ſunt, ſinè contradictione ab omnibus ſunt admittenda; Sedi igitur apoſtolicæ onus probandi haud incumbit, has vel illas Eccleſias fuiſſe de numero conſentientium, quas Concordatis teneri cupit, ſed pro ea ſtat ratio & præſumptio univerſalis: enumerat Eccleſias Concordatis adſtrictas Cl. BARTHELIUS Diſſ. generali C. II. p. 321. quomodo intelligenda vox NONNULLI vide infra n. VI.

Additio. Exceptio eſt in alternativâ menſium teſtante ZYPÆO L. 3. Conſult. Canon. conſult. 3. „ quatenus Concordata tangunt punctum alternativæ, hæc pro tota Natione Germanica non per totam Nationem acceptata ſunt „ multi ſiquidem, inquit, per Germaniam eadem Concordata

ta

ta non acceptârunt, ùt *Herbipolenſes Bambergenſes* aliique, qui vel ampliora privilegia, vel fortè ſibi convenientiora obtinuerant: ſic neque alternativa obtinet in Metropoli noſtra Trevirenſi: ſiquidem Capitulo jus conferendi præbendas & in ſpecie per promotiones capitularium vacantes, vel nomine Capituli Turnario vi conſuetudinis quietiſſimæ tam ante quam poſt Concordata Nat Germ. à multis ſæculis competit, ità ut nullus exiſtat caſus, quo à Sede Pontificia proviſus ad poſſeſſionem & fructus iſtiusmodi præbendæ admiſſus fuiſſet, quemadmodum id teſtatur reſcriptum Cæſareum FRANCISCI I. apud L. B. *de CRAMER ſyſtema proceſſus Imperii P. III. p.* 679. puncto turbationis in poſſeſſione conferendi vacantes præbendas: ibi „ Bey uns hat der Dohmpropſt, Dohmdechant und Capitul zu Trier in Unterthänigkeit angebracht, was geſtalten ſie ſowohl vor als nach denen Concordatis Germaniæ von vielen hundert Jahren her in quietiſſima conſuetudine & poſſeſſione geweſen und noch ſeyen die in ihrem Dohmſtift zu Trier vacirende Præbenden, und beſonders auch diejenige, welche durch Erhebung Mit-Capitularen zu Erz- und Biſchöflichen Dignitæten ſowohl als per obitum mit Trieriſchen Dohm-Præbenden verſehener Cardinal- Erz- und Biſchöfen erlediget werden, jedesmahl zu con-

conferiren ꝛc. als befehlen wir... hiermit gemeſſen von der erhaltenen päbſtlichen Proviſion... ohnverweilt abzuſtehen. ꝛc.

IV. Quia porro Concordata vera pacta ſunt, ſummus Pontifex ſolus nec eadem authenticè & legaliter interpretari * multo minùs iisdem derogare poterit. **

* Sicut enim Romana Curia contradiceret, ſi ſolum Judicium Imperiale aulicum Viennæ, aut Ratisbonenſia totius Germaniæ Comitia vellent interpretem Concordatorum agere; ità quoque Germania hac in parte apud alterius Compaciscentis curiam vim ſolam interpretandi deprecatur; verſamur enim, in materia pacti communis erecti inter eos, qui judicem alium non agnoſcunt, niſì vel *claram Concordatorum literam vel amicabilem utriusque paciſcentis conferentiam* aut *arbitrum communiter electum?* Unde Bullæ ſeu conſtitutiones à ſolo ſummo Pontifice emanatæ contra Concordata nullatenus prævalere poſſunt: eâ de cauſa ruit ſat noto interpretatio GREG. XIII. circa verſum: *Quoties autem aliquo vacante beneficio* &c. veluti teſtatur Concluſ. Jud. Imp. aul. de an. 1753 apud B. de Cramer. l. cit. p. 687. Zu Eſſen und Thorn Frau Fürſtin und Abtißin contra Carolum Raimont in puncto Præbendæ Ecleſiæ

cleſiæ Thorenſis ibi „ Nachdem bey Ihro Kaiſerliche Majeſtät glaubhaft angezeigt worden, daß der Raimont ſich beygehen laßen, die impetrantiſche Frau Abtißin, indem Ihr aus denen CONCORDATIS NATIONIS GERMANICÆ nach Verfluß derer drey Monaten à die notæ vacationis in loco beneficii ohne die Original-Bullen gebührend überreichet, ja nicht einmahl die Päbſtliche Proviſion über das vacante Beneficium erhalten zu haben, ſo klar gebührenden Collations-Recht zu ſtöhren: ſo befehlen Ihm hiermit Ihro Kaiſerliche Majeſtät allergnädigſt von der anmaßlich erhaltenen aber NB. verſpäteten päpſtlichen Proviſion ohnverweilt abzuſtehen ꝛc. . . . Magis pernicioſum exemplo fore arbitror, Legem fundamentalem Imperium inter & Sacerdotium novis interpretationibus & æquivocationibus in altercationem pertrahi & ad ſenſus peregrinos detorqueri.

** Ubi nulla juſta cauſa derogationem ſuadens adfuerit, res iſta vix difficultatem patitur: pacta enim & fidem datam exactiſſimè & indiſpenſabiliter à quolibet, etiam ſummo Pontifice, qui neutiquam ſuperior Juris naturæ audit, ſervari debere, neceſſitas juris naturalis & gentium poſtulat: neque aliud principia Jurs publici loquuntur, quàm ut

pax

pax ſervetur, pacta cuſtodiantur vel maximè inita inter ſummos paciſcentes ad reſtaurandam pacem publicam: ecquis enim deinceps populus, quæ natio vellet paciſci cum Pontifice Romano, niſi illibatam pactorum cuſtodiam fidémque ſervandam reſpectu ſummi Pontificis ſibi polliceri poſſet? nemo ſuâ ſe obligatione invito altero, cui eſt obligatus per pacta? liberare poteſt, nequidem *ex plenitudine poteſtatis*, quippe hæc ſemper reſtricta eſt *ad plenitudinem juſtitiæ*, *ad Jus divinum naturale* & *gentium*: ſobriè ac juſtè ſecundùm regulas prudentiæ plenitudo poteſtatis (ne ſummum jus ſit ſumma injuria) accipienda eſt, maximè in Germania poſt inita Concordata, ubi Ordinariè adeſt præſentiſſimum periculum impingendi contra jus naturæ & gentium, contra ſanctimoniam pactorum, liberrimáque anſa tribuitur proteſtantibus carpendi & ad invidiam trahendi ſummi Pontificis poteſtatem... At verò num juſtis de cauſis ſummus Pontifex Natione noſtrâ invitâ Concordatis derogare poſſit? Certatur argumentis utrimque probabilibus; negativam ſuadet Concordatorum litera in verbis „*niſi in futuro aliquo Concilio de conſenſu Nationis germanicæ aliter fuerit diſpoſitum*, utique ex juſta urgentique cauſa vel utilitatis vel neceſſitatis.

V. Neque adverſus Concordata prævalebit præſcriptio aut favore ſummi Pontificis, aut favore Nationis noſtræ. *

*Quodſi favore ſummi Pontificis contra Concordata præſcribi non poſſit, quod facilè mihi concedent Germani plurimi: Cur favore tamen Nationis præſcribi poſſit, non video: quod uni parti paciſcenti juſtum eſt, cur alteri ſit injuſtum? Sicut Pontifices romani ſpondent ſeſe inviolabiliter inhæſuros eſſe Concordatis: ità & Natio noſtra non prætendit unquam ſua verba promiſſoria temporis præſcriptione aliqua fuiſſe obliterata: quemadmodum Natio noſtra prætendit pacta cuſtodiri à Curia Romana absque ullo præſcriptionis obice: ita nec eâdem unquam adverſus Sedem romanam uti voluit: animum hunc ſuum ſæpiùs profeſſa eſt in actis publicis, quæ ſola manifeſtant mentem Nationis communem: uti *Receſſ. Imp. de a.* 1500. *tit.* 44. §. 3... *Capit. Ferdinandi I.* §. 15. *Rudolph. II.* §. *eod. Mathiæ* §. 17. *Ferdin. II.* §. 15. *Ferdin. III.* §. 18. *Ferdin. IV.* §. 16. *Leopoldi I.* §. 19. *Joſephi I.* §. 18. *Caroli VI. art.* 14. *Caroli VII. art. eod.* §. 3. *Franciſci I. art. &* §. *eod. Joſephi II. art. &* §. *eod.* In omnibus iſtis actis publicis perenniter dicitur: *vivendum, & ſtandum eſſe firmiter Concordatis, contraventiones tollendas*

das: quomodo ergo his ſalvis CONTRA CONCORDATA locum teneat præſcriptio alterutrâ ex parte, non video.

VI. Concordatis igitur tanquam pactis publicis & Legi fundamentali Imperii ſanctiſſimè inſiſtendum eſſe, contra Proteſtantes & quosdam Catholicos intrepidè aſſero, donec vel aliter inter partes conventum ſit, vel in futuro Concilio de Conſenſu Nationis aliter ordinatum. *

* Nimium itaque dicunt 1) Proteſtantes qui cum ANONYMO: Kurze Abhandlung von dem Rechte des Kaiſers über geiſtliche Perſonen §. 26. clamant: Hinweg mit den durchlöcherten und ihrer Natur nach an ſich ſelbſt ohnehin unkräftigen Concordaten, weil ſie ohne der geſammten Reichsſtänden Vorwiſſen und Einwilligung zwiſchen Friederich dem IIIten und Nicolaus dem Vten errichtet worden. Errant, qui cum PFEFFINGERO in not. ad Vitr. Illuſt. L. 1. t. 15. aſſeverant: *Concordata malis artibus Germaniæ eſſe obtruſa*, vel cum HYPPOLITO de rat. ſtat. p. 3. c. 2. Electorem Moguntinum & alios paucos *de raſa Cohorte*, uti loquitur, velut paciſcentes agnoscunt; aut cum MOSERO Loquelam Comitiorum prætendunt, penitus tollendi è medio Concordata, ac reſtituendi ex integro ſynodum Baſileenſem.

ſem. Ut ſilentio prætercam CONRINGIUM, LEHMANNUM aliosque Concordatorum hoſtes. . . . Nimium quoque dicunt B) Catholici, qui cum FEBRONIO T. I. c. 18. Injuriam temporum & ignorantiam paciſcentium, cauſam efficientem eſſe Concordatorum volunt; qui ex nuda litera Bullæ Nicolai V. *nonnulli dilecti filii eccleſiaſtici & ſæculares Principes inclytæ Nat. Germ.* concludunt: Concordata Aſchaffenburgenſia univerſam Germaniam non obligare, qui cum Cl. DAHM *Diſſ.* von der Chur-Verein Mog. 1754. p. 55. notant: *Concordatorum hic mentionem non fieri, perperam enim id à Doctoribus pro Lege fundamentali reputatur, quod à ſolo Cæſare diſſentientibus ſtatibus fuit approbatum; Hoc verum eſt, quod integra Germania ſæpius inſtiterit, ne Curia Romana plus, quam in Concordatis ipſa optaverat, ſibi arroget; inde verò minimè ſequitur, quòd eo ipſo ſe Concordatis obligatam agnoſcat:* Singulis his, quamvis ex deductis refutati maneant, reſpondet Author ſtrittiger Staats-Schriften, IIIter Theil p. 148. ... „Wie will man die Pacten heimlich oder hinkend nennen, wenn man die Acten der Rheiniſchen Geiſtlichkeit vom Jahr 1479. einſehet. Wenn man die Verhandlungen zu Freyburg von 1498, zu Augspurg 1500, zu Worms 1522, zu Nürnberg 1524, auf den Reichstägen erwegt, wenn

wenn man die Schreiben Maximilian des I. vom 11 Jenner 1518. nach Lüttich, Carls des V. nach Cämmerich 9. Febr. 1559., Ferdinands des I. und des Kaiſers Mathias Verordnungen für den Reichs-Hof-Rath durchlieſt? Wenn man des W. Friedens art. V. §. XX. *a*) und XXVI. *b*) mit einem Blicke beſiehet? Wie will man die Verträge erſchlichen heißen, deren Schutz im Angeſicht des Reichs gleich von Anfang der Wahlen Capitulation durch des Chur-Collegium Namens aller Ständen von Carl dem Vten bis hieher allen Reichs-Oberhäuptern durch eidliche Sicherſtellung anvertrauet ward? Wer kan die Concordaten der Nation als wiederſprechend anſehen, wo die ganze Nation mehrmalen wegen deren Uebertrettung auf den Reichs-Tägen Beſchwerde geführt hat? Wie würde ſie Nicolaus der V. ohne allgemeinen Widerſpruch in ſeiner Bulle habe nennen können: *à partibus ipſis approbata & Concordata*? Wie würde die ganze Nation und jeder Theilnehmer insbeſondere ſich dargegen verwahrt haben? Wo ertönet jemahlen eine Klag wegen der Nichtigkeit? Wo iſt ein geſetzlicher Widerſpruch über das Ganze vorfindlich? Wer ſiehet nicht jährlich ſo viele Kaiſerliche Judicata, welche der Concordaten Gültigkeit zum Grunde legen, welche die Stände anſehen, vollziehen. . . . Hat gleichwohl Æneas Sylvius ein

Meiſterſtücke ſeines Scharſſinns gemacht, ſeynd gleichwohl die Aſchaffenburger Verträg der Nation nicht ſo vortheilhaft, wie die Baſeler Decreten, ſo kan man ſie doch weder mit PFEFFINGER malis artibus obtruſa, weder mit FEBRONIUS per injuriam temporum ignorantiamque extorta angeben. Die Deutſche Nation, die immer redlich und deutſch war, hatte ein Redhoſtimentum verſprochen, und mußte es halten Die Beſchwerden, ſo den 18 April 1703 die proteſtantiſche Stände bey dem Kaiſer führten, giengen nach Zeugnüs Faber - Canzley t. 9. freylich dahin: „ ſich mit den Kurfürſten, Fürſten und Ständen des Reichs dahin zu verſtehen, daß die allſo genannte Concordaten bey ſo geſtalten Sachen, da der Römiſche Hof denſelben immerhin zuwider handlet, aufgehoben werden mögen, „ dieweil man aber von keinem Reichsſchluß weiß, und die Sprache einiger Reichsglieder unmöglich für die Sprach des ganzen Reichs anhören kan; ſo iſt vielmehr ſchließlich, daß die Concordaten Rechts beſtändig ſeyn müßen. . . . welche das einzige Wörtlein NONNULLI irre macht, müßen hier die Comitial-Verfaſſung zu Augen nehmen, wo, wenn alle zum Schluß einſtimmen, es gut iſt, wenn aber auch nur die mehrere wollen, ſo vertretten die Majora den Willen von allen. . . .

Wei-

Weiters auch kan einigen die Stimme von den meiſten übertragen ſeyn, und können dieſe jene vollkommen vorſtellen. . . Die Zeitläufe haben die Zuſammenkünften damals ſelten anderſt gefunden. Das folgende Betragen der Nation iſt eine Prob hievon. . . . Vielleicht hat auch der Pabſt, wie andere meinen, auf einige Provinzen der Niederlanden dabey Ruckſicht gemacht: und da er mehrere dilectos filios eccleſiaſticos hat, kan er die Deutſche wohl nonnullos in Anſehung vieler anderen nennen, beſonders da das *nonnulli* nicht bey den ſæcularibus principibus wiederhohlet iſt. ꝛc. ꝛc.

a) In quorum autem bonorum eccleſiaſticorum immediatorum Capitulis utriusque religionis Capitulares & Canonici, vigore præfati termini, certo utrinque numero admittuntur, mensésque papales id temporis in uſu fuerunt, porro quoque obtineant, immediatè à Curia romana, & tempore legitimo inſinuetur.

b) Conferant etiam Archiepiscopi, & quibus aliis id juris competit, beneficia menſium extraordinariorum.

Diſſertationis Pars tertia, exhibens Themata ſalvativa Concordatorum.

I. Ut eò ſanctior ſit Concordatorum Cuſtodia, remedia eſſe oportet, inter quæ primum magísque opportunum eſſe reor, RECURSUM ad S. Sedem meliùs informandam quæ juſtæ de læſis Concordatis querelæ medicamen feret. *

* Remedium hoc ſuadet IVO Carnotenſis ep. 159. iis, qui ſe à Sede apoſtolica gravatos conqueruntur, *ut ab ipſa ad ipſam confugiant, & inde expectent Levamen, unde ſe conqueruntur accepiſſe gravamen*: nam, ùt ait S. Bernardus ep. 108. *Apoſtolica Sedes hoc ſolet habere præcipuum, ut non pigeat revocare, quod à ſe forte deprehenderit fraude elicitum non veritate promeritum...* ſic GREGORIUS VII. L. 9. ep. 31. ſcribit non ſolùm multa tanquam à nobis deferuntur & ſcripta & dicta nobis neſcientibus, ſed multa etiam ſubripi poſſunt minùs an ſingula attentis utpote diviſis ad plurima... quibus vehementer arctamur; adde *c. 7. de fide Inſtrum.* & *c. 41. de ſent. excom.* ubi Pontifex denuò inquit aut veritate preſſa, aut falſa quâdam narratione fraudi in Curia quoque ſuà locum eſſe... Candidè id profitetur CALLIXTUS III. ep. ad Frid. III. Rom. Regem: *non ſumus memores, aliquid à nobis eſſe conceſſum con-*

contra Concordata prædicta, quod ſiquid tale factum, UT SÆPE IN MULTITUDINE LITERARUM ALIQUA TRANSEUNT, non eſt intentionis noſtræ Concordatis ipſis contravenire. . . Et quidni primitus ad ipſum Pontificem recurramus, atque, ut ipſe legem revocet, aut emendet, ſupplicemus? Provocatio ad Poteſtatem ſæcularem ſit refugium alterum. . . Exigit hoc authoritas Pontificis honor ei debitus, bonum Eccleſiæ, ne authoritas Pontificis vilipendatur, honor Eccleſiæ illiúsque poteſtas periclitetur, & poteſtas ſæcularis ultra ſuos limites quàm longiſſimè protendatur. Hoc principium & medium oſtendit Author Proteſtanticus in Orbe literario noviſſimus L. B. DE SENCKENBERG Conſil. Imp. Aulicus. in ſua methodo Jurisprud. excuſa Francofurti a. 1756. Addit. IV. p. 172. Cujus doctrinam ut Catholici omnes, illi præcipuè, qui erga Pontificem illiúsque poteſtatem minùs æqui ſunt, altè impreſſam teneant, illius verba utut longiora adducere lubuit. „Videlicet, inquit, Eccleſia Romana Mater Chriſtianorum, & Orbis imprimis Germanici benigniſſima, data ſua in ſacra authoritate ſemper benignè tulit, ſiquis jura ſua eâ, quâ par eſt modeſtia conſervare niteretur. Non opus ergo, nec con-

ducit etiam, ut convellantur omnia, ut nexus & Eccleſiæ & Imperio utilis ac neceſſarius diſſolvatur. . . Oportet Ordinem aliquem eſſe inter Chriſtianos, oportet eſſe caput, quod eum regat. Non alius huic regimini magìs aptus, quàm Chriſti Vicarius, B. Petrum continuâ ſucceſſione referens. Is ab omni ævo ea fuit æquitate, ut Oves ſuas balantes exaudiret, ut gravaminibus, mederetur. Non renixum certè novimus HADRIANUM P. M. cùm CAROLUS. M. non omnia ejus poſtulata admitteret. Tranſactionem de inveſtituris conflavit CALLIXTUS II, in quam pluribus FRIDERICO I. ceſſit ALEXANDER III. Nec in cunctis obſtreperos Pontifices experti PHILIPPUS & FRIDERICUS II. donec ultimus planè ab ipſa fide degenerâſſe videretur. Summa quæque conſecuti ſunt Rudolphus I. & Henricus VII. uſurus erat æquo Pontifice LUDOVICUS IV., ſi ſua tantùm vindicatum iviſſet, & ni mala illorum temporum interveniſſent. Certè, quòd ille tantopere cupiebat, obtinuit Carolus IV. ut Italiæ dominaretur, & regia poteſtas penderet à ſola Principum electorum authoritate. Nec Wenceslaus, Sigismundus, Albertus II. aut reliqui Germaniæ libertatis aſſertores, ne ipſe qui-

quidem Maximilianus primus, aut Carolus V. Majeſtatis ſuæ & Libertatis Nationis ſtatores ſummi iniquum hactenus experti ſunt Pontificem. Semper gravaminum, imprimis per Hadrianum VI. oblata medela. Et ſi promiſſa in plurimis irrita mansêre, res in modo hæſit, aut turbæ intervenêre, ut de cardine quæſtionis cogitari haud poſſet. Hæc omnia eo, ut evincamus, nihil hactenus ſanctæ Sedi, aut Nationi, quæ jura ſua nunquam deſeruit, imputari poſſe, ſi per injuriam ſæculorum usque nunc fieri non potuit id, quod aliàs lubens admiſiſſet ſummus Orbis Pontifex. Cives noſtri gens bello aſſueta, rerum novandarum cupida, in ſe ipſa diſcors habet, quod ſibi in ceſſando imputet, nunquam refragantem Eccleſiam experte, cui potiùs media præſtandi ipſa ſubtraxit. Et jure affirmari poterit, ne exemplum quidem eſſe in omni rerum memoria, ubi Pontifex proceſſerit adverſus eos, qui juribus ſuis intenti, ultra limites vagari in animum non induxerunt ſuum „ huc-usque SENCKENBERGIUS, num teſtimonium in rem præſentem majus ex Calamo atque adeò Proteſtantico adferri poſſet? animum contraveniendi nunquam CONCORDATIS profeſſus eſt CLEMENS XIII. in Brevi ad Sereniſſ. Elect. Palat. de an. 1764. verbis„

id

id juſtitiæ conſentaneum exiſtimavimus (videlicet, ' Controverſiam Spirenſe Capitulum inter & Decanum remittendam eſſe ad Moguntinam Curiam in prima inſtantia cognoſcendam) *cùm Decanus bonum jus & æquum orare videatur tum A CONCORDATO GERMANICO non abhorrens. . .* & infra „ *inde autem argumentum capere poteſt nobilitas tua, non ita nos tueri authoritatem, ut de inferiorum Eccleſiarum juribus quidquam velimus detractum.* Neque minimum detracturum eſſe *particularium Eccleſiarum* & *Nationum* juribus, libertatibus, pactis, aut Concordatis modernum Pontificem CLEMENTEM XIV. non ità pridem docuit Breve ejusdem ad Regem Galliæ chriſtianiſſimum emanatum. . . Primò quoque recurrendum eſſe ad ſummum Pontificem teſtatur *reſolutum Univerſitatis Lovanienſis* de an. 1763. in cauſa Spirenſi citata: extat apud *de Cramer* Nebenſtunden 43. Theil *p.* 123. ibi „Primò recurrendum ad ſummum Pontificem, ut eam cauſam tanquam inappellabilem & contra jura conſtituta & „Germaniæ Concordata interpoſitam â „ ſe ſuisque tribunalibus dimittat, cau„ſamque principalem judicandam remit„tat ad Metropolitanum, coram quo „bis fuit inchoata & inſtituta, manen„te interim Decano in poſſeſſione con„formiter ad decretum redintegrandæ

pol-

„poſſeſſionis à judice metropolitico re„laxatum. *Collegium* quoque *Jurium Göt*„*tingenſe* in eadem cauſa reſpondit apud „*de Cramer* 48 Theil *p.* 98. & apud PüT„TER auserleſene Rechts - Fälle zweyter „Theil p. 314. in hæc verba„ „æquita„tis. . . & modeſtiæ rationes jubent an„te omnia IPSUM ſupremum adire „PONTIFICEM ſub eâ ſpe, fore, ut „de novo repræſentata verâ rei facie, „ſepoſitis. . . fallacibus argumentis, IP„SE adhuc vulneratæ cauſæ remedium „adferat, præciſisque ulterioribus, quæ „evitari aliàs haud poterunt, ambagibus „motibúsque cauſam ad judicium me„tropoliticum remittat„ &c.

II. Quodſi ſummus Pontifex de rei veritate ac ſtatu certior factus executionem Reſcriptorum gravatoriorum urgere pergeret, AUGUSTISSIMI CÆSARIS tutelam & protectionem tunc implorare, nemo nefas putabit. *

*, Specialem quippe Concordatorum tutelam ſolenniter pollicetur AUGUSTISSIMUS in auſpicali ſanctione art. 14. capit. Cæſareæ §. 1. & 3. ibi „ Wir ſollen und wollen auch bey dem heiligen Vater dem Pabſt und Stuhl zu Rom unſer beſtes Vermögen anwenden, daß von demſelben, gleich wir ohnehin des Vertrauens

trauens ſeynd, die Concordata Principum, und die zwiſchen der Kirchen päpſtlicher Heiligkeit, oder dem Stuhl zu Rom, und der deutſchen Nation errichtete Verträge „ ꝛc. allerdings beobachtet ꝛc. & art. 3. auch darob und daran ſeyn ꝛc. Corp. receſſ. noviſſ. T. IV. Zugabe. p. 18. Auguſtiſſimum quoque hanc ſupremam Concordatorum & Eccleſiarum protectionem in effectu ſæpiùs oſtendiſſe evincunt varia concluſa J. Imp. aulici;

1) Senatus Imperii aulicus irritam juſſit executionem in conferrendâ parochia Grandifontana in principatu Baſileenſi *adverſus Concordata*, *concluſo* 23. *Jun.* 1760. in der neueſten Staats- Canzley T. 2. p. 491.

1) Concluſum 20. Octob. 1752. puncto collati *contra Concordata Germaniæ* Vicariatûs parochialis in Cheveney apud DE CRAMER *proceſ. Imp.* P. III. p. 675. ibi „ *Sacram Cæſaream Majeſtatem ſuis & Imperii ſubditis deeſſe non poſſe*, *ſuas eſſe Germanicis Eccleſiis leges*, *ſuam libertatem*, *quæ proprio jure dijudicari debent.* &c.

Adde hìc 3) concluſa J. Imp. aulici *in una Trevirenſi*, *& alterâ in puncto præbendæ Eccleſiæ Thorenſis.* n. III. & IV. Part. II. hujus Diſſ. vide quoque *reſcriptum Caroli VI.* die 25. Jan. 1729. ad Eccleſiam S. Gereonis Coloniæ apud

Digitized by Google

apud L. B. de Cramer Nebenſt. 61. Theil 2. Abhandlung. ibi „ Als findeten allerhöchſt Ihro Kaiſerl. Majeſtät, als obriſter Schutz- und Schirm- Herr deren deutſchen Stifter und Kirchen, auch ihrer wohl-hergebrachten Rechten, Freyheiten und Gewohnheiten ſich unumgänglich bemüßiget: ꝛc. Item concluſum 31. Jan. 1730. *Callenberg* Caſparus Rudolphus Canonicus ad S. Martinum Monaſterii, contra Bernardinum Henricum *Lenferding in puncto violatorum Concordatorum Germaniæ*, apud *de Cramer* l. cit. *Imperatorum* (læſis Concordatis & juribus particulabus Germaniæ) adiri poſſe claré loquitur reſolutum *Lovanienſe* l. cit. Secundò „*Quodſi huic partis & Sereniſſimorum Electorum petitioni non ſatisfiat, ad Auguſtiſſimum Imperatorem, uti primarium* CONSERVATOREM CONCORDATORUM GERMANIÆ (ſervata ſummo Pontifici debita reverentia) *habendus erit recurſus &c.* Conſonat aliud *reſolutum Pariſienſe* in eadem cauſa de an. 1763. „ Si ex inſita Curiæ romanæ adulatoribus opinione, quam ipſi „ ex falſo ſuppoſitiarum „ Decretalium jure conceperunt, *poſſe unamquamquam cauſam Romam trahi & ibi partibus etiam invitis judicari*, cauſam hanc Romæ retinere velint: cùm ea res Germanicæ Eccleſiæ liberati vim inferat, PACTIS inter germanicam Nationem & ſummos Pontifices initis deroget, *recurren-*

„ *rendum eſt ad Auguſtiſſimum Imperatorem*, jure
„ Imperii ſui Canonum & Eccleſiaſticæ li-
„ bertatis per totum Imperium Germani-
„ cum *cuſtodem vindicem & protectorem* „ acce-
dit cit. *reſponſum Göttingenſe* l. cit. „ Quod-
„ ſi verò hancce viam (recurſum ad ſum-
„ mum Pontificem) jam iniverit Decanus,
„ nec è re forſan fuerit repetitis moleſta-
„ re Pontificem, aut ſiquid obfuerit fortè,
„ quominus ad ſummi Pontificis notitiam
„ deferri vera rei conditio poſſit, aut ſi de-
„ nique omnia iſta incaſſum tentata fue-
„ rint: ſatis certè & IMPERATORIS &
„ ELECTORUM & UNIVERSI IMPE-
„ RII totiúsque Germaniæ, imprimis Ca-
„ tholicæ, intereſt, ut non ſinè fiducia co-
„ rum omnium interceſſio, eáque, quantum
„ fieri poteſt, efficax peti ac ſperari queat,
„ quantumvis enim pro indole Hierarchiæ
„ Catholicæ non pertineat ad ſæcularem re-
„ gum Principúmque poteſtatem, ut ſe im-
„ miſceant iis, quæ ſunt fori Eccleſiaſtici, ne-
„ mo tamen ſanæ mentis ſtatuerit, id vel
„ eò planè procedere, ut manifeſti etiam
„ abuſus poteſtatis Eccleſiaſticæ ab Impe-
„ rantibus tolerandi ſint „ &c

Additio. Patrocinium iſthoc læſis Concordatis à Cæſare imploratum aut effectivè præſtitum, nullo jure prohibitum extat, imo ne probiberi quidem poteſt, ne alias ſupervacaneum fiat ſupremum protectionis munus in Auguſtiſſimo … neque id contra-

rium

rium eſſe Ss. Canonibus quis aſſeret: placita Ss. Canonum uno ore velant cauſas Eccleſiaſticas ad tribunalia judicum ſæcularium pertrahi; rectè: ſed Principem tanquam Advocatum requirere, ne Ss. Canonibus, ſanctionibus pretioſis & Concordatis vis inferatur, omnino iis conforme eſt. *Regum officium eſt*, ait can. 23. cauſ. 23. q. 5. *proprium facere judicium & juſtitiam*, & *liberare de manu Calumniatorum vi oppreſſos*: unde inquit *Franciſcus Salgaldus* Hiſpanus in Epilogo proemiali Lib. de protectione regia: *Regnum propter protectionem vi oppreſſorum non protectio propter regem & regnum creatum eſt à rege regum & Domino dominantium Deo*: protectionem ſubditorum idem vocat *proprium regis officium* & *attributum naturale* inhærens viſceribus regiminis, & *qualitatem infixam* oſſibus & ſubſtantiæ diadematis: *Cognoſcant Principes ſæculi* (ſtatuit Concilium *Pariſienſe* 6. habitum an. 829. ex evocatione & præcepto *Ludovici Pii* Imperatoris & regis Galliæ, quod proinde ad nos *Germanos* æquè ac Gallos pertinet) *Deo ſe debere reddere rationem propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt: nam ſive augeatur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles principes, ſive ſolvatur, ille ab iis rationem exiget, qui eorum poteſtati Eccleſiam ſuam credidit.* In *Capitulari Sueſſionenſi* an. 744. quo plurima de rebus eccleſiaſticis edicta & conſtituta ſunt, recurſus iſte ad ſupremam Principis authoritatem à *Pi-*

pino rege Patre *Caroli M. cap. ult.* expreſsè ſancitus eſt, ait enim *Pipinus*: *Siquis contra hoc decretum, quod viginti tres Episcopi cum aliis Sacerdotibus vel ſacris Dei, unà cum conſenſu Principis Papini vel optimatum Francorum Conſilio conſtituerunt, transgredi vel legem irrumpere voluerit vel deſpexerit, judicandus ſit ab ipſo Principe vel Episcopis vel Comitibus*: notandum hic cum Illmo Petro de Marca l. 4. de Conc. Sac. & Imp. cap. 5. particulam *vel* ibi non ſumi pro disjunctione ſed pro conjunctione *&*, quod apud ſcriptores ejusdem ætatis frequentiſſimum eſt. Inde arguitur de legis hujuſce obſervatione agendum coram ipſo Principe unà cum Episcopis & optimatibus, id eſt in Concilio regni, quod poſteri apud Gallos & in Anglia *Parlamentum* dixere, apud Germanos *Diatæ Imperialis* nomine cognoſcitur . . . addi poteſt *canon. 6.* Concilii Francofordienſis ſeu *cap. 4. Capitularis Francofordiæ* habiti à Carolo M. an. 794. ibi ſtatutum legitur à Domino rege & ſanctâ Synodo, *ut Episcopi juſtitias faciant per Parochias ſuas*, quodſi aliqua perſona ſubjecta non audierit, *litigantes veniant ad Metropolitanum & ille cauſam judicet cum Suffraganeis ſuis*: *Comites quoque veniant ad judicium Episcoporum.* Quodſi litem dirimere Metropolitanus non poſſit, *neque eos ad pacem redigere tunc*, inquit *Carolus*, *tandem veniant accuſatores cum accuſato*,

to; ut ſciamus veritatem rei. Conf. *Petrum de Marca* & *Salgaldum* l. c. *Eſpenium* tract. *de recurſu ad principem* c. 5. §. 5. ex quo conſtat Germaniæ Principes *Joſephum I.* & *Carolum VI.* libertatem Germaniæ ſuæ deperire paſſos non eſſe, imo & diplomatibus & mandatis oſtendiſſe, cenſere ſe cauſas ſubditorum ſuorum in ſuâ & Imperii jurium tutela repoſitas, neque ad extraneæ atque omninò alienæ jurisdictionis cognitionem pertinere.

III. Auxilium hoc à ſupremo Concordatorum Protectore præſtitum, non obeſt, ſed prodeſt potiùs ſanctæ Sedi; Cùm idem Auguſtiſſimus protectionem firmam S. Sedi apertis verbis ſit pollicitus. *

* Videlicet Capit. Cæſ. art. 1. §. 1. quodſi quoque ad Concordatum Callixtinum redeamus, Protectionem iſtam ab AUGUSTISSIMO S. Sedi impendendam eſſe vi ſpecialis pacti, inde patefiet: §. 4. enim ejusdem Concordati HENRICUS V. Imp. *ſequenti modo* ſpondet: *Do veram pacem Domino Papæ CALLIXTO Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & omnibus quæ in parte ipſius ſunt vel fuerunt; & in quibus ſancta romana Eccleſia auxilium meum imploraverit, fideliter juvabo, & in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam ſibi*

juſtitiam faciam: pactum verò iſtud etiam hodie ſuos effectus obtinere docet *Anon. Concord. Nat. germ. integra Tom.* 2. *a.* 1773. Et profectò quod inter paciſcentes uni parti juſtum eſt, alteri non ſit iniquum. Æquum nemini videbitur à Pontifice exigere velle, ut Concordatis faciat ſatis: neque tamen eidem ea omnia præſtare velle, quæ eadem pacta verbis tam ſolennibus ſummò Pontifici adjudicant: media & æquiſſima tenenda via eſt, nempe ritè exigitur ab Aula romana, ut fidem Concordatis datam ſervet illibatam: ſed & idem omnino præſtetur ipſi, donec aliter paciſcentes inter ſe convenerint, aut in futuro Concilio de conſenſu Nationis aliter ordinatum.

IV. Uti vero Auguſtiſſimus Imperator tutelam Concordatorum pollicetur, ita & ſtatuum Imperii ac Comitiorum Curæ jure optimo in idem objectum feruntur * quanquam remedio hoc opus non ſit, regnante Auguſtiſſimo Joſepho II. pro Imperii incolumitate & Concordatorum rectâ obſervantiâ ſollicitè excubante.

* Intereſt quippe totius illuſtris Nationis Germanicæ, ab antiquo parta Eccleſiis privilegia ac jura ſarta tecta ſervari, nec à quopiam infringi; ſed Imperio per religionis diſſidia in duas par-

tes

tes ſciſſo in Comitiis ſuarum quævis pars Eccleſiarum jura præcipuè tueri ſolet. Cujus rei illuſtria Catholicorum Exempla quoad præſens adducere inutile non erit: contulerat INNOC. XII. cuidam illuſtri familia nato, ſed corpore vitiato præbendam Eccleſiæ Cathedralis Conſtantienſis, additâ diſpenſatione in eodem vitio corporis & quidem ex poteſtatis plenitudine: conqueſti ſunt Episcopus & Capitulum Conſtantienſe non tantùm hoc modo in jure communi diſpenſari, ſed & Concordatis germaniæ contraveniri: non tantùm CÆSAR per Oratorem ſuum Comitem de Martiniz apud Pontificem interceſſit, ſed & ſtatuum Catholicorum Legati Comitiales hâc ſuper re literas de 5. Junii an. 1696. ad S. Pontificem exarârunt; extant in Fabri Staats-Canzley T. II. Idem INNOCENTIUS Capitulo Cathedrali Wormatienſi receptionem Jacobi de Boville ſub Excommunicationis & interdicti pœna præceperat: cauſabatur Capitulum, prædictum de Boville non eſſe nobilem Germanum, adeóque ſe recipere candidatum non poſſe: itaque non ſolùm Eminentiſſimi Electores LOTHARIUS FRANCISCUS Moguntinus, & JOANNES HUGO Trevirenſis, ſed & Legati Catholici Comitiales apud S. Pontificem interceſſere;

extant literæ an. 1699. & 1700. apud Fabri l. cit. & Cortreji obſerv. ad Concord. germ. c. 1. conf. quoque H. D. Trev. ad hunc annum. . . . quanquam igitur non paſſim in cauſis quibusvis privatis recurrere ad Comitia permiſſum ſit Legibus Imperii; id tamen jure poteſt fieri in iis, ubi per conſecutionem ineluctabilem præjudicium ipſis ſtatuum juribus infertur.

V. Sereniſſimum quoque Electorale Collegium cum Imperatore pro tuendis Eccleſiæ Germanicæ juribus præcipuam conjungit operam: unde Auguſti hujus Collegii protectio implorari jure poterit. *

* Præcipuum quoddam jus circa concordata ſarta tectáque ſervanda manſit penes Senatum iſtum regium: Capit. noviſſ. art. 14. §. 3. promittit Imperator „Darob und daran zu ſeyn, daß die vorgemeldte Concordata Principum &c. gehalten, jedoch, waß für Beſchwerung darin gefunden, daß dieſelbe abgeſchaft: und hinführo ohne BEWILLIGUNG DER CHURFüRSTEN nicht zugelaßen werden. . . quo ipſo palam eſt, quòd ſicut ſacra Cæſarea Majeſtas, ita & ſpeciatim Electores Imperii pro conſervatione Concordatorum vigilare teneantur. Oſtendit quoque in effectu hoc Seren. Ele-

Digitized by Google

Electorale Collegium ſuam vigilantiam pro Concordatis in literis Collegialibus ad Imperatorem 1764. apud L. B. DE CRAMER Nebenſt. 48. Theil: ubi inter alia ab Imperatore petit: Daß der hierunter (adverſus Concordata) betroffene Theil ſich jedesmal zu allerhöchſt Ihro gerechteſten Thron wenden, und NB. beſonders auf dieſes allerunterthänigſte Geſamt-Schreiben beziehen dörfe. Maximam igitur interpoſitio Electorum Imperii non tantùm quà compaciſcentium, ſed & quà legalium conſervatorum Concordatorum de jure & ſecundùm conſtitutiones publicas meretur attentionem.

VI. Stantibus his efficaciſſimis, Concordata noſtra ſarta tectáque conſervandi mediis, non video: Cur exoſum nec non periculoſum illud SUBTRACTIONIS OBEDIENTIÆ medium arripi jure poſſit. *

* Subtrahi poſſe obedientiam ſummo Pontifici debitam, ſi ſpectes jura primigenia & eſſentialia, quæ ejus primatui annexuit Chriſtus, Catholicorum nemò, ſinè injuria fidei aſſeret: quodſi verò jura conſideres ſecundaria quæ ſucceſſu temporis eidem acceſſere, quæ legitimis de cauſis in eum tanquam Patriarcham Occidentis tranſlata exiſtunt: quæ à tanto tempore quietiſſimè ac ju-

 ſtè

ſtè exercuit: quæ per Concordata ei ſpecialiter adjudicata ſunt: ea à ſummo Pontifice abſtrahi iterum poſſe per violentum ſubtractæ obedientiæ medium, principiis juris publici univerſalis omnino adverſum arbitror poſt ſe trahens ſequelas ſummis Imperantibus ipſis pernicioſas, uti vel obiter conſideranti principiis J. publici tincto patet: ut ſit igitur ſalva ſubordinatio Imperantium & obedientium, ut ſit diſcordiarum & querelarum finis, PAX SERVETUR PACTA CUSTODIANTUR.

XV.

P. Eliæ Van Der Schüren, Minoritæ Conventualis Trevirenſis Diſſertatio de jure Conſecrandi Suffraganeos Metropolitis Germaniæ vindicato ex Concordatis Principum 1774.

§. I.

Jus ſubditos Epiſcopos Suffraganeos canonicè electos confirmandi ac conſecrandi potiſſimum penes Metropolitanos ab horum primordio reſediſſe, indubitatum eſt. *

* Confirmationem ac conſecrationem Epiſcoporum per plura ſæcula actus omnino indiſtinctos extitiſſe, cuilibet hujus rei

rei hiſtoriâ vel parum tincto in aprico eſt. Quis autem in hiſtoriæ limite non deprehendit, Metropolitanos ſuæ Provinciæ Epiſcopos ſemper confirmaſſe? *Canone 4. Conc. Nicæni* expreſſè definitur: *Epiſcoporum oportet, maximè quidem ab omnibus, qui ſunt in provincia, conſtitui ... eorum autem, quæ fiunt CONFIRMATIONEM in unaquaque provincia à METROPOLITANO fieri.* Non moror hìc *Guilielmum Beveregium* presbyterum anglicanum, qui ſecutus nonnullos interpretes græcos credit in not. ad hunc canonem, hìc tractari de electione ſolùm; ſequor poſt plurimos Latinos verſionem Dionyſii & antiquiſſimum codicem eccleſiæ Romanæ, ubi ultima hujus canonis Clauſula ſeparatum conficit canonem cùm hâc inſcriptione: *de poteſtate Metropolitani*: textus, qui ibidem legitur, ad literam conſonat cum verſione Iſidori, quæ apertè ſignificat, tractari ibi de Poteſtate Metropolitani in confirmandis ac conſecrandis epiſcopis ſuæ provinciæ; dicit enim: *poteſtas ſanè vel confirmatio pertinebit per ſingulas provincias ad Metropolitanum epiſcopum.* Ipſa occaſio ac ratio, cur canon iſte à Synodo Nicæna fuit editus, evidenter docet, eundem intelligendum eſſe de Confirmatione epiſcoporum Metropolitanis competente: nemo enim ignorat contentio-

 nem

nem illam *Meletii* adverſùs jura Metropolitæ Alexandrini, quam *Sozomenus L.* 1. *hiſt. C.* 24. aliique hiſtorici referunt ad ordinationes epiſcoporum, quas ſibi temerariè uſurpaverat *Meletius* contra *jura Alexandrini Metropolitæ*; has ordinationes epiſcoporum à Meletio factas, Synodus Nicæna hìc reprobavit, atque Metropolitanis addixit. Confer. ESPEN T. 3. *p.* 89 atque *ejusdem Diſſ. in ſyn. Nicæn.* §. 5. *FLEURY T.* 3. *p.* 194. *Canon* porro *ſextus ejusdem Concilii* inquit: *illud generaliter clarum eſt, quod, ſiquis PRÆTER SENTENTIAM METROPOLITANI factus fuerit epiſcopus, hunc magna Synodus definivit, epiſcopum eſſe non oportere.* Hoc canone iterum agi de jure Metropolitico, & de Metropolitanis, non autem de jure Patriarchico aut Patriarchis, probat ipſe canonis contextus, & ipſa temporis circumſtantia, quo hic canon fuit editus; eruitur quoque ex cit. antiquo codice eccleſiæ Romanæ, ubi canon iſte tres diſtinctos conficit canones, quorum *primus* præfert Tit. *de privilegiis primarum ſedium*, alter: *ne, SINE VOLUNTATE METROPOLITANI, quis ordinetur epiſcopus*; tertius: *de ſequendo majori numero in electione Synodus* quoque *Antiochena* c. 19. ſtatuit: *epiſcopus, PRÆTER SENTENTIAM METROPOLITANI, nullatenus ordi-*

ordinetur: ubi rectè ad hunc canonem notat cum *Balſamone* ESPENIUS l. cit. p. 152. præſente Canone idem præcipi, quod Can. 4. Nicæno circa ordinationes episcoporum ſtatutum eſt. Conſentit *Can.* 12. *Synodi Laodicenæ*, ubi edicitur, ut epiſcopi JUDICIO METROPOLITANORUM .... *provehantur ad dignitatem eccleſiaſticam*: hìc provectio episcoporum *Metropolitano* potiſſimùm attribuitur, indubiè, *ob approbationem & confirmationem electionis*. Addi hìc poſſent alia Concilia tum generalia tum provincialia, queîs, utì confirmationis, ità & conſecrationis jus METROPOLITANIS in ſuos Suffraganeos palam addicitur, nempe, ut *episcopi*, prout loquitur Canon 2. Conc. *Taurinenſis* apud du Mesnil T. 1. H. Eccl. p. 80. *Titulo miſſionis & conſecrationis ſpecialem unionem cum ſuo Metropolitano retinerent*, ac *ſubordinationem*, tum etiam propter decantatam t. t. regulam; *qui habet jus ordinandi, habet & judicandi*, Conf. Syn. VII. Can. 2.

§. II.

Jus hoc confirmandi & conſecrandi episcopos in ſuâ provinciâ prioribus ſæculis ſummi Pontifices non tantúm non interturbârunt, ſed & pro eo in Metropolitanis conſervando ſolicitè vigilârunt. *

* Exemplo ſit Epiſtola INNOC. I. ad Victricium episcopum an. 404. apud *Fleury*

Fleury T. 5. p. 355 relata Can. 5. D. 64. ubi ità legitur: *extra conſcientiam METROPOLITANI EPISCOPI nullus audeat epiſcopum ordinare ... hoc enim & ſancta Nicæna Synodus conſtituit atque definivit.* ZOSYMUS Papa ep. ad Epiſcopum Arelatenſem apud *Fleury* l. cit. p. 717. *JUS METROPOLITICUM ſalvum eſſe debere*, aſſerit, *tam in Ordinationibus epiſcoporum, quàm in judiciis.* S. LEO in ep. ad *Ruſticum Narbonenſem epiſcopum* ità ſcribit: *inter epiſcopos recenſeri non poſſunt, qui ab epiſcopis illius provinciæ, CONSENTIENTE METROPOLITANO conſecrati non ſunt.* Vid. *Fleury.* T. 6. p. 355. *Idem Pontifex* in alia ep. ad *Anaſtaſium* Theſſalonicenſem epiſcopum, in ſequentem modum reſcribit: *cùm de ſummi Sacerdotis* (Epiſcopi) *electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem clerus & populus concorditer poſtularunt, ità ut, ſi in aliam fortè perſonam ſe vota partium diviſerint, METROPOLITANI JUDICIO is alteri præponatur, qui majoribus & ſtudiis juvatur & meritis.* & infra „ *quia METROPOLITIS JUS competit, ſuarum Provinciarum EPISCOPOS ORDINANDI.* Fleury l. cit. ad an. 444. p. 375. Tertia ejusdem S. *Leonis* epiſtola ad epiſcopos Provinciæ Viennenſis C. 5. ità habet: *Ordinationes epiſcoporum Metropolitanis reſerventur: pacatè & tranquillè fiant:* & C. 9. ejusdem epiſt. *ſalvâ in omni METRO*

PO-

Digitized by Google

POLITARUM jurisdictione. Fleury. l. cit. p. 391. GELASIUS I. in ep. ad Epiſcopos univerſos per Dardaniam conſtitutos relat. Can. 6. D. 64. iis ſollicitè inculcat, quòd *meminerint ſe ſub Metropolitanis ſuis eſſe, & ab iisdem ſubſtitui.* JOANNES VIII. an. 882. *Optandum* eccleſiæ Genevenſis episcopum conſecravit quidem, ſed expreſſis *Otramo* Archiepiſcopo Viennenſi verbis reſcripſit ep 288. apud *Fleury* T. XII. p. 768. *nolle ſe, ut hæc CONSECRATIO PRÆTER ORDINEM peracta METROPOLITÆ JURISDICTIONI noceret.* STEPHANUM VI. hoc jus Metropoliticum in conſecrando epiſcopos provinciæ & agnoviſſe & conſervâſſe, patet ex iis, quæ refert *Baronius* ad an. 885. in cauſa conſecrandi epiſcopi Lingonenſis: nempe hunc electum Metropolita Lugdunenſis conſecrare renuit: quare pro obtinenda conſecratione Stephanum Papam imploravit: ſed hic eum conſecrare recuſavit, atque ſecundâ vice ad Lugdunenſem Archiepiſcopum remiſit, monens illum, *ut ipſe ſuo munere in hujus conſecratione fungeretur.* LEO IX. an. 1051. in literis ad Joannem Archiepiſcopum Salernitanum datis apud *Baron.* ad h. an. ,, *jus Metropoliticum conſecrandi epiſcopos ſecundùm regulam ſanctorum Patrum in ipſa integritate Salernitani Archiepiſcopatûs*, eidem Metropolitæ firmat atque confirmat,

mat, *& non habeant poteſtatem ſucceſſores noſtri*, inquit, *in cunctis epiſcopatibus deinceps in perpetuum, epiſcopos conſecrare.* Accedit exemplum GREGORII VII. qui in ep. ad Synonienſem Metropolitanum inquit: *de eccleſia Carnotenſi Canonicam electionem in aliquam perſonam facere admonuimus, admonemus & vos, ut eidem electioni, eam, quam oportet, aut per vos, aut per idoneos nuntios veſtros, diligentiam adhibentes, quem electum canonicè cognoveritis, & MANUS IMPONERE, & in EPISCOPUM CONSECRARE nulla ratione recuſetis.* Adduci quoque poſſet pactum Callixtinum, ubi utrimque Callixtus II. & Imperator ſpondent, ſe *liberas* electiones ac *conſecrationes* in eccleſiis permiſſuros. Conf. *Gonzalez in not. ad C. 7. de Temp. Ordin.* ubi plura ſummorum Pontificum exempla hanc in rem adducit.

§ III.

Diſciplina iſthæc ſuos Suffraganeos conſecrandi in Metropolitanis ſalva & illæſa perſtitit ferè ad ſæc. XIII. usque. *

* Hoc jus Confirmandi ac CONSECRANDI Suffraganeos Episcopos, exercuiſſe Metropolitas Germaniæ noſtræ totiúsque orbis Chriſtiani, imò in eodem conſervando omnes intendiſſe nervos ſæc. XI. XII. ac XIII. patet ex iis

quæ

quæ refert H. D. T. 1. p. 555. Cùm Conradus Salicus Imp. *Brunonem Tullenſem Romæ* à ſummo Pontifice epiſcopum *conſecrari* vellet, id à *Poppone* Trevirenſi interpoſitione *ſui juris Metropolici* impeditum teſtatur *Wibertus* in vita Brunonis Lib. 1. Cap. 12. In cauſa *Caroli* Conſtantienſis epiſcopi an. 1071. in ſynodo Moguntina definita ſcripſerat *Moguntinus Metropolita* ad Alexandrum II. *relatum eſt nobis, quia regia legatio eundem deſignatum epiſcopum ad vos conſecrandum deducat. In quâ re quid æquitatis & juſtitiæ ſit, diſcretionis veſtræ libra rectè dijudicat. Rogo autem excellentiam veſtræ Paternitatis, quodſi ita verum eſt, ne ipſe hoc à vobis accipiat, quod mihi, QUI HOC CANONICE FACERE DEBEO, authoritas veſtra interdixerat.* Colligitur id quoque (aliorum enim ſæculorum geſta & exempla hìc prætereo, & tantùm hìc ea, quæ ſæc. XII. & XIII. circa Conſecrationes epiſcoporum acta ſunt, adjicio) ex literis TURSTAINI *Archiepiſcopi Eboracenſis* ad Archiepiſcopum Cantuarienſem an. 1120. datis, queis huic inhibuit, ne epiſcopum S. Andreæ, utpote ſuæ provinciæ ſubjectum conſecraret, atque deſuper ad regem Scotiæ, ne id fieri pateretur, poſtulávit. Edocent hanc Epiſcopos conſecrandi diſciplinam querelæ ab ALBERTO *Archiepiſcopo Salisburgenſi* a. 1174. in Germania

Al-

Alexandro III. factæ, quòd RICHERIUS episcopus Brixinenſis ſuus Suffraganeus abſque conſenſu ſuo in conventu Ratisbonenſi electus atque ab *Episcopo Gurcenſi* præter Ordinem CONSECRATUS fuerit; nec non reſcriptum Alexandri III. ad Conradum Archiepiscopum Moguntinum deſuper datum, quo huic tanquam Legato ſuo præcipit, ut Episcopis Gurcenſi & Brixinenſi diem præſcribat, intra quem Metropolitæ ſuo omnem obedientiam præſtare compellerentur. Idem ALEXANDER III. anno 1161. ad SAMSONEM *Archiepiscopum Remenſem in Gallia* Bullam tranſmiſit, quâ eidem narrat, ſe quidem MILONEM II. *Episcopum Eccleſiæ Tervanenſis* conſecrâſſe, ſed *ſalvo* ejusdem *jure Metropolitico.* Eandem conſecrationis diſciplinam ſæc. XII. ad finem vergente adhuc viguiſſe *in Anglia*, conſtat ex iis, quæ recitat *Fleury* ad an. 1175. nempe poſtquam in Conc. Londinenſi *Godefridus* Episcopus Eccleſiæ S. Aſaf. in Cambria Episcopatum ſuum in manus Richardi Archiepiscopi Cantuarienſis dimiſerat, hic jure Metropolitico, alium in ejus locum episcopum præfecit ac conſecravit, abſque ullâ à Ss. Pontifice in hoc caſu dependentia. Idem patet ex reſcripto Innoc. III. a. 1199. ad Archiepiscopum Cantuarienſem relat. C. 20.

de

Digitized by Google

de elect. in verbis: *cujus* (Vigorienſis epiſcopi) *confirmationem usque in adventum ipſius diſtuliſti.* Accedit aliud ejusdem Papæ reſcriptum in Galliam relat. *cap.* 32. *de elect.* quo eadem Diſciplina ſæc. XIII. ineunte adhuc firmatur: nempe in verbis „ *Metropolitanus... electionem factam ſolemniter confirmavit.* Idem aſſeritur in Conc. Lateranenſi ſub eodem Pontifice an. 1215. habito relat. C. 44. *de elect.* §. 1. verbis: *munus conſecrationis recipiant ſicut hactenus recipere conſueverunt*, nempe à Metropolitanis. Sæc. XIII. Metropolitam Trevirenſem hoc conſecrationis jus adhuc exercuiſſe, patet exemplo Dni Henrici à Vinſtingen, qui ſucceſſorem Epiſcopi Metenſis t. t. conſecravit: equidem reſtitit tunc Pontifex, ſed aliis de cauſis, quemadmodum liquet ex Bulla relaxatoria ſuſpenſionis ejusdem data à *Gregorio X.* a. 1272. in H. D. T. 1. p. 799. ubi Pontifex ità loquitur: *Tu verò quadriennio & amplius generaliter à ſpiritualium & temporalium adminiſtratione ſuſpenſus, nec ſucceſſorem Epiſcopi Metenſis ordinare, nec alium* (PROUT AD TREVIRENSEM SPECTAT, en jus Metropoliticum Trevirenſe in conſecrando Suffraganeos evidenter aſſertum) *Præſulem potuiſti.* Aliud quoque exemplum, quòd Rdmus Metropolita noſter Trevirenſis hoc ſuum conſecrandi jus an. 1280. ad-

 huc-

hucdum exercuit, referunt FLEURY Tom. 22. p. 258. WADINGUS in ſuis annal. ad an. 1279. & *Hiſt. Eccleſ. de Toul.* p. 455. nempe CONRADUS Minorita Germanus, Miniſter provincialis vir cognomento *Probus*, Deo atque negotiis aulicis Rudolphi regis militare benè gnarus, (eligentibus in diſcordia binâ vice DD. Canonicis ejusdem eccleſiæ) à *Nicolao* III. obtinuit Tullenſem Episcopatum; ſed nihilominus ad Metropolitam Trevirenſem remiſſus, atque ab eodem, *poteſtate Metropolitica*, episcopus conſecratus fuit. Conſtans inde atque unanimis eſt omnium Hiſtoricorum & Canoniſtarum opinio, CONSECRATOREM ORDINARIUM EPISCOPORUM in Provincia ad hæc tempora EXTITISSE METROPOLITAM.

Additio 1. Equidem *S. Leo* in *Ep. ad episcopos Siciliæ*, quæ eſt inter ejusdem epiſtolas decima ſexta, ait: *eos ſequi oportere Diſciplinam S. ſedis, utpote cui conſecrationem episcopalem deberent*: verùm id de episcopis in provinciis Suburbicariis nempe in parte Italiæ ad meridiem ſita, atque de episcopis Siciliæ id intelligendum eſſe, rectè notat *Fleury* in not. ad hanc epiſt. quos à Papa velut illorum ſupremo Metropolita conſecrari oportuit.

Addi-

Additio 2. In nonnullis quoque aliis caſibus (qui tamen hoc jus Metropoliticum nullatenus imminuunt, ſed potiùs ſtabiliunt) exterarum Provinciarum epiſcopos à ſummo Pontifice conſecratos fuiſſe legimus; videlicet *primo*: ubi idem ùt Ss. Canonum vindex & executor univerſalis ſuam authoritatem interpoſuit aut non permittens ſemel Canonicè electo ſinè causâ ſurrogari alium, aut irritans electionem neò-epiſcopi tanquam Ss. Canonibus inimicam. 2dò: Ubi neceſſaria fuit Pontificis diſpenſatio ad dandam confirmationem epiſcopo electo. 3tiò: Quando ipſo jure ad Papam devolvebatur conſecratio, ſcilicet, ubi Metropolita conſecrare Suffraganeum injuſtè renuit, aut ob temporum fata ac injurias conſecrare non potuit. 4tò: Cùm partium diſſidia circa electionem componi vix potuêre abſque interventu ſedis Apoſtolicæ; præter exempla ſupra §. 2. & 3. hanc in rem allata, hoc ipſum apparet ex Bulla duplici, quam refert HAHNIUS *in ſua collectione monumentorum inedit.* Tom. I. p. m. 119. & ſeq. Una inſcribitur URBANO P. II. *ad clerum & populum Halberſtadienſem* in causâ conſecrationis STEPHANI ejuſdem eccleſiæ epiſcopi electi, in quâ ſe eundem conſecrâſſe idem Pontifex ait, ſed *quia à S. ſede Moguntina, tanquam Metropolitica conſecrationem ſuſcipere in*

tanta Schiſmaticorum tempeſtate non poſſet. Alteram eidem inſcribit URBANO II. * ad Ruthardum Archiepiſcopum Moguntinum de conſecratione Ottonis epiſcopi Bambergenſis in qua idem Pontifex *ſe benedictionis epiſcopalis manum eidem contuliſſe* aſſerit, *ſed ſalva debita ſuæ Metropolis reverentia*: id autem à ſe factum ideò, inquit, *quoniam eccleſia per diuturna jam tempora epiſcopalis officii ſollicitudine caruit, & propter præteriti ſchiſmatis ultionem in Teutonici regni partibus perpauci episcopali funguntur officio.* In H. quoque. D. T. T. 1. p. 439. alia ejusdem Urbani epiſtola legitur ad Primicerium Metenſem duósque Abbates data, ſuper conſecratione neo - electi ejusdem eccleſiæ episcopi, quâ obtinuerunt hanc gratiam Sedis Apoſtolicæ, *ut ſui eſſet arbitrii facere conſecrari neò - electum ſuum, à quocunque epiſcopo Catholico*: ſed *propter impedimentum, quod in Metropolitano Trevirenſi tunc ſupponebat Romanus Pontifex.* Utì ibidem notat ILLMUS AB HONTHEIM loc. cit. Quæ ſingula in Metropolitis jus conſecrandi episcopos ſuæ provinciæ potiùs firmant, quàm infirmant.

* Undecunque HAHNIUS celeb. in Academia Julia Ictus atque hiſtoriarum profeſſor hoc ſuum Diploma *Urbano* II. inſcriptum hauſerit, eò vix adduci queo, ut credam epiſtolam illam genuinum Urbani

Urbani II. partum eſſe. Quis enim ille Otto episcopus Bambergenſis, quem à ſe conſecratum in illa epiſt. affirmat Urbanus? Sanè non alius, quàm qui ſucceſſit Ruperto Bambergenſi episcopo an. 1102. fatis functo; qui Henrico IV. Imperatori ab officio Cancellarii extitit: qui anno 1103. nondum conſecratus episcopus primò ad Papam Paſchalem II. tunc exiſtentem dedit literas, deinde perſonaliter eundem Anagniæ reſidentem acceſſit, atque ab eodem 17 Maji eodem anno episcopus ùtùt reluctans conſecratus fuit. Quis verò ignorat dudum tunc ſupremum obiiſſe diem *Urbanum* II.? quem jamjam mortem oppetiiſſe an. 1099. omnes referunt hiſtoriographi. Conf. *Sandini* vit. pont. p. 447. *Fleury. Du Meſnil*, *Baronium Brietium* ad an. C. 1103. *Paſchalem* itaque II. ſimiles dediſſe literas veriſimiliter auguror ex eo, quòd idem Pontifex, prout allati referunt hiſtorici, ejusdem tenoris dederit epiſtolam ad clerum & populum Bambergenſem: ubi ait: *nos tanquam B. Petri manibus*, *SALVO METROPOLITANI JURE*, *vobis per Dei gratiam*, *Ottonem epiſcopum ordinavimus.* Sed & hìc, ſe jus Metropoliticum in conſecrando epiſcopos Suffraganeos intactum relinquere velle, oſtendit Pontifex Paſchalis.

 §. IV.

§. IV.

Ex quo verò promiſcuè invaluerunt ſumm. Pontificum RESERVATIONES ECCLESIARUM CATHEDRALIUM* CONFIRMATIO EPISCOPORUM in tota Germania ad Sedem Apoſtolicam devolvi coepit** una cum conſecrationis jure. ***

* Videlicet ſæc. XIV. Pontifices Romani à minorum beneficiorum reſervationibus ad reſervandas ſibi pariter Episcopales eccleſias progreſſi ſunt: quarum reſervationum quaſi præludia extiterunt, Translationes & Reſignationes episcoporum variis de cauſis factæ in manus ſummi Pontificis. Initium earum reſervationum coepit ſub CLEMENTE V. qui in *extrav. etſi in temporalium. de præb. inter Com.* ſuæ diſpoſitioni reſervavit eas eccleſias Cathedrales, quas apud Curiam Romanam vacare contingeret: In *Clem. in plerisque. de elect.* idem Papa proviſionem illarum eccleſiarum ſibi reſervavit, quæ *in partibus* dictæ, clero & populo Chriſtiano carerent. Reſervationes iſtæ *Clementinæ* circa Cathedrales eccleſias facile incrementum ſumpsère in Gallia, quò primus Clemens V. ſedem ſuam transtulit. Etenim teſte *Baluzio* Tom. 2. vit. Pap. Avenionenſ. p. 64. & Tom. 1. p. 616. poſtquam anno 1305. vacaverat

ſat Cathedralis eccleſiæ Lingonenſis per deceſſum epiſcopi Joannis Rupefortini, ejus collationem *Clemens* V. ſibi reſervavit, & poſtea *Bertrandum Degotum ſuum patruum*, episcopum Aginnenſem illuc transtulit: ùt patet ex literis commendatitiis ad regem *Philippum pulchrum* ſcriptis Lugduni 22 Jan. 1306. Sedem verò Aginnenſem *Bernardo Iargio* nepoti ſuo Archidiacono Bellovacenſi tribuit, cùm ei feciſſet legis Gratiam, ut ad episcopatum promoveri poſſet viginti quinque annos nondum natus. *Baluz* l. cit. p. 154. Eodem anno vacaverat per translationem eccleſia Lingonenſis, atque eandem contulit *Guilielmo Abbati* Muſciacenſi, in cujus gratiam ad regem ſcripſerat eodem anno 15. Nov. Baluz. l. cit. p. 178. *Petro Cruſio* episcopo Claromontano mortuo, eccleſiam vacantem contulit *Alberto Ecelino* Archidiacono Carnutino, atque regem ut ſolutis jure regio bonis epiſcopalibus fruendi copiam illi faceret, imploravit per epiſt. datam 11. Aug. 1306. *Fleury* ad h. an. Neque, has reſervationes adeò in Gallia fuiſſe exceptas, mirum videri debet, tum, quia increbeſcens canoniſtarum opinio excepit conſtitutionem *Clem.* 1. *ut lite pendente:* ubi ſtatuitur ſub generali clauſula, *quòd ad Romanum Pontificem pertineat plena-*

 ria

ria omnium beneficiorum & dignitatum per totam eccleſiam diſpoſitio: tum, quia Rex Galliæ non tantùm non refragatus fuit huic doctrinæ novæ, atque inductis reſervationibus, ſed & ipſe Clementis V. authoritatem adhibuit, ut haberet epiſcopos quos cupiebat, ſicut liquet ex regis Epiſtola ad Papam data, quâ gratias egit, quòd Pontifex *Petro de Bella pertica* ſedem Antiſiodorenſem, *Gulielmo Barneto* Bajocaſſinam, & *Nicolao Luſacrano* Abrimenſem deſtinâſſet. *Baluz.* l. cit. p. 587. Ad eccleſiam quoque Senonenſem an. 1309. vacantem idem Rex à Papa transferri petiit *Philippum Marrenium* tunc Cameracenſem epiſcopum utpote *perſonam ſuis deſideriis gratam & de qua fiduciam gereret pleniorem. Baluz.* T. 2 p. 144. & 146. Reſervationes has clementinas confirmavit & auxit *Joannes XXII.* extrav. *ex debito* inter comm. *de elect.* qui proviſioni ſuæ reſervavit omnes epiſcopales eccleſias apud ſedem illo vivente vacantes. *Benedictus XII.* extrav. *ad regimen* diſpoſitioni apoſtolicæ reſervavit omnes epiſcopales eccleſias tunc apud Sedem apoſtolicam quomodocunque vacantes & imposterum vacaturas... Denique ſequentes Romani Pontifices reſervationem iſtam extenderunt ad *omnes eccleſias Epiſcopales*, tam apud Sedem apoſtolicam, quàm

quàm extra curiam vacantes in *reg.* 2. *Cancell.*

* * Poſtquam per reſervationes iſtas generales Eccleſiarum Cathedralium Capitulis nobile electionis jus ademptum fuit, eadem quoque recens diſciplina METROPOLITANIS poteſtatem confirmandi ſuos Suffraganeos, quæ per tredecim facilè ſæcula, tum intra dum extra ſynodos inconcuſſa manſit, & quam jus Commune Decretalium apertiſſimè ſupponit & confirmat, ademit, & Sedi apoſtolicæ reſervavit. Neque mirum: cùm enim ſæc. XIV. proviſiones Cathedralium eccleſiarum ad ſumm. Pontificem generaliter fuêre devolutæ, indignum credebatur, ut à Romano Pontifice de Epiſcopatu proviſus à METROPOLITANO confirmationem peteret, & accipere juberetur; quid enim id aliud, quàm collationem Pontificiam Metropolitani judicio ac ſententiæ probandam vel improbandam ſubjicere?

*** Jure Confirmationis ſemel ad ſummum Pontificem devoluto, fieri non potuit, ut neque jus Conſecrandi hoc ſæculo ad eundem tranſiret; quare ex hoc tempore ulla *epiſcoporum* à Papa proviſorum *Conſecratio* peracta fuit independenter à ſummo Pontifice; ſed vel Papa

ipſe hoc conſecrationis munus obivit, epiſcopis reſcribendo, ut ſuo ſe conſpectui repræſentarent conſecrandos, Conf. C. 33. *de teſt.* & *Fleury* H. E. ad an. 1306. vel faciendo eos, ubi perſonaliter comparere non potuerunt, conſecrari per alios, conſecrandi facultatem tribuens per literas Apoſtolicas, ceu ex horum temporum hiſtoria apertò liquet.

Additio. His temporibus confirmatio à conſecrationis actu ſecerni coepit, atque trina illa conſideratio matrimonii ſpiritualis invaluit, quod episcopum inter & eccleſiam intercedit: nempe *electio* inſtar ſponſalium, *confirmatio* inſtar matrimonii rati, & *conſecratio* conſummati ad inſtar habetur. *Cap. 4. de translat.*

§. V.

Subortis contra Reſervationes iſtas Cathedralium Eccleſiarum atque ablatum inde à Metropolitis jus Confirmandi ac Conſecrandi variis querelis inter omnes ferè Nationes*, tandem Nationi noſtræ Germanicæ ſæc. XV. per Concordata Jus liberum eligendi in Cathedralibus Eccleſiis reſtitutum fuit **, relicto nihilominus jure Confirmandi episcopos in manibus ſummi Pontificis. ***

* Sanè *Eduardus* III. Rex ANGLIÆ à ſenatu regis edoctus duas ad Clementem

VI.

VI. dedit literas, queis acerbè conqueritur *electiones liberas* Cathedralibus eccleſiis præripi, atque episcopos à Papa ordinari non absque levi præjudicio Nationis & Archiepiſcopi Cantuarienſis (*Joannis Stretfordii*) quem inter Præſules Eccleſiaſticos Angliæ authorem fuiſſe ità reſiſtendi Papæ, refert *Fleury* ad an. 1344. non alia de cauſa, quàm ut electiones in Cathedralibus eccleſiis liberæ permitterentur, atque Metropolitanis jus Confirmandi ac conſecrandi episcopos inconcuſſum permaneret. Literas querelantes regias refert *Fleury* l. cit. Similes querelæ tum temporis natæ ſunt in GALLIA, utì edocemur per edictum Caroli VI. in cujus initio Rex aſſerit „ *ſalubriter inſtitutum eſſe ſtatutis Conciliorum generalium, quòd Prælati ad eccleſias Cathedrales per electionem aſſumantur, atque Cathedralium eccleſiarum EPISCOPI per ſuum METROPOLITANUM CONFIRMENTUR*„ ex poſt verò conqueritur, *hæc electionum ac confirmationum jura per reſervationes Pontificias non leviter infringi*: quare Conc. Nationale Pariſienſe an. 1408. celebratum, inter alia Decreta Can. 4. ſtatuit: *epiſcoporum electiones à METROPOLITANIS CONFIRMENTUR, ad quos etiam pertineat EPISCOPOS CONSECRARE, utì etiam ABBATES ſibi immediatè ſubjectos*

CON-

CONFIRMARE, *iisque BENEDICTIONEM conferre. Fleury ad h. annum.* Neque reges Poloniæ deſtiterunt ſuis edictis Papales infringere reſervationes epiſcopatuum in ſuis regnis teſte *Raynaldo* ad an. 1427. & 1429. Querelas in Hiſpania contra reſervationes & læſa inde Metropolitanorum jura exortas recenſet *Fleury* ad an. 1399. Nationem quoque noſtram Germanicam eo tempore deſuper conqueſtam eſſe, teſtis eſt *Gudenus Cod. Diplom.* T. III. p. 507. ſeq. teſtis eſt *Conringius Diſſ. de Conſtit. ep. Germ.* ubi Ludovicum IV. Imperatorem ejusmodi Romani Pontificis Proviſionibus ac Ordinationibus ſeſe oppoſuiſſe, aſſerit. Teſtatur *Fleury* H. E. T. 22. p. 391. & T. 26. p. 365 & 371. Omnium loco ſufficiant notiſſima illa *Aviſamenta* ſub Imperatore Sigismundo concepta & à Natione noſtra in Conc. Conſtantienſi exhibita, quæ inter alia poſtulata hæc continent: *Petimus, quatenus Sedes apoſtolica contenta ſit reſervationibus clauſis in corpore* juris, & ...., CONFIRMATIONES EPISCOPORUM per METROPOLITANOS fieri liberè, permittat. Conf. *Goldaſt.* Conſt. Imp. T. 1. p. 391. ſimiles querelæ motæ ſunt *in Aviſamentis Moguntinis* de an. 1440. tempore Conc. Baſilenſis. *Fleury* ad h. an.

** Id

** Id manifeſtum eſt tum ex *Concordatis Principum*, ubi acceptatum à Natione noſtrâ fuit Decretum Conc. Baſil. de *electionibus* ab *Eugenio* IV. ejúsque ſucceſſore *Nicolao* V. approbatum & confirmatum, tum etiam ex *Concordatis Aſchaffenburgenſibus*, §. *Item in eccleſiis Metropolitanis* &c.

*** Equidem Rdmi Germaniæ noſtræ Præſules pro reſtituendo Confirmationis jure Superioribus immediatis ſeu *Metropolitis* in Conciliis tum Conſtantienſi tum Baſileenſi laborârunt multum; quid? quod ſtante neutralitate tempore diſſidii inter PP. Baſileenſes in Conventu Moguntino an. 1439. inter alia Decreta Conc. Baſileenſ. etiam hoc acceptârunt: *ut confirmatio electionum fiat per ſuperiorem immediatum, ad quem ſpectat jus Confirmandi, quodſi verò ipſe ſine cauſa rationabili confirmare diſtulerit, mediatus ſuperior deſuper adiri poterit*: ceu loquitur inſtrumentum acceptationis in Lib. Concord. Nat. Germ. T. 1. p. 53. ſeq. Verùm in Concordatis Aſchaffenburgenſibus huic Decreto acceptato derogatum fuit, §. cit. *Item in Metropolitanis*. atque jus Confirmandi episcopos Germaniæ (quanquam præter canones & ſtatuta Ss. Conciliorum) Sedi apoſtolicæ reſervatum.

Ad-

Additio. Unicum in Germania ſupereſt antiqui juris Metropolicici in confirmando epiſcopos provinciæ exemplum. *Archiepiſcopus* nempe *Salisburgenſis* quatuor ſuos Suffraganeos, *Chiemenſem*, *Gurcenſem*, *Seccovienſem* & *Lavantinum* inſtituit & ordinat in hunc usque diem, independenter ab omni Sedis apoſtolicæ promotione. Cauſam hujus relicti primigenii juris refert *Böckn* ad Tit. de præb. n. 118. nempe *Nicolaus* V. in Bulla an. 1447. ae eccleſiam Metropolitanam Salisburgenſem data declaravit: *juri Archiepiſcoporum Salisburgenſium ob merita ſingularia in dictas eccleſias nihil fuiſſe detractum.*

§. VI.

An verò ipſum JUS CONSECRANDI SUFFRAGANEOS à Rdmis Germaniæ noſtræ Metropolitis unà cum confirmationis jure abdicatum quoque fuit? *

* Contendunt id *Espenius* T. 1. J. E. U. *Tit. de Conſec. Ep.* aliique ejusdem ævi ſcriptores. *P. Wolfgangus Schmid.* Diſſ. *de Reſerv. Pontif.* a. 1773. emanata ait, *conſecrationem Suffraganeorum à Metropolitis TACITE per Concordata* Aſchaffenb. *ablatam atque Sedi apoſtolicæ reſervatam eſſe. Schrod.* in ſuis Inſtit. *Tit. de elect.* inquit. *conſecrationem non per Concordata quidem Sedi apoſtolicæ reſervatam eſſe*, ſed quòd *hæc tan-*

tanquam acceſſoria confirmationem ipſam ſequeretur; hi omnes provocant ad uſum & praxin: quare haberetur in Pontificali Romano ſub Tit. *de conſecratione electi in episcopum*: *nemo conſecrari debet, niſi priùs conſtet conſecratori de commiſſione conſecrandi ſive per literas apoſtolicas, ſi ſit extra curiam, ſive per commiſſionem vivæ vocis Oraculo à ſummo Pontifice conſecratore factam, ſi Conſecrator ipſe ſit Cardinalis.* Negant è contra duo Rdmorum Germaniæ noſtræ Metropolitarum, Conſiliarii Eccleſiaſtici intimi, alter Sereniſſimi ac Rdmi Archiepiscopi noſtri Trevirenſis Cl. NELLERUS Diſſ. de certis S. Conc. Baſil. Decretis &c. C. 2. §. 2. ubi notat: *de Reſervata ſuperioribus immediatis conſecratione... nihil eſt immutatum in Concordatis Aſchaff. hinc, iſtis non obſtantibus Metropolitani ſuorum episcoporum Suffraganeorum conſecrationes prætendere poſſunt, licèt omnes confirmentur Romæ.* Alter Rdmi Archiepiscopi Moguntini Cl. SCHLöR Diſſ. de nat. & indol. Concordatorum ùt ſunt pacta p. 102. ubi inquit: *nihil Ss. Pontifici hodie reſervatum, niſi quòd in Concord. Aſchaff. illi EXPRESSE addictum: inter illud verò non eſt conſecratio Suffraganeorum, conſequenter non eſt Ss. Pontifici reſervata.*

§. VII.

IPSA CONCORDATORUM Principum

*LIT

* LITERA apertiſſimè addicit METROPOLITANIS Germaniæ JUS CONSECRANDI ſuos Suffraganeos. **

* Omnino hìc ſuppono ex receptiſſima in pluribus Academiarum Germaniæ Cathedris ſententia: Concordata Principum etiam hodie tanquam pacta publica & legem fundamentalem imperii attendenda eſſe: quemadmodum id inſinuat 1) ipſum acceptationis Inſtrumentum ſub Alberto Romanorum rege 2) Diploma generale Friderici Alberti Succeſſoris, quod reperitur aſſervatum in Abbatia ad S. Jacobum Moguntiæ. 3) Inſtrumentum Facultatis, quod Eugenius IV. dedit ſuis legatis ad Diætam Francofurdenſem, ut confirmarent Germaniæ noſtræ nomine Pontificis decreta ſub Alberto II. acceptata, quod extat apud Raynaldum ad an. 1446. n. 3. 4) Ipſa Eugenii IV. Bulla quæ incipit: ad Tranquillitatem. præcipuè in verbis: *finaliter concordare.* 5) Bulla ſpecialis deſuper data Archiepiſcopo Moguntino, cujus Originale extat in Archivio B. M. V. ad Gradus Moguntiæ. 6) Fœdus initum inter Archiepiſcopum noſtrum Trevirenſem ac regem Galliæ 28. Julii an. 1447. extans in *Harzheim* Conc. Germ. T. 5. p. 385. & H. D. T. T. 2. p. 409. 7) Item clauſula Concordatis Aſchaf-

Aſchaffenb. inſerta: *in aliis autem.* Confer quoque 8) rationes pro firmitate eorum adductas à Cl. WüRDWEIN in *ſubſidiis Diplomat.* T. 2. docebunt quoque aliæ plures ab eo adducendæ in *hiſtoria ſua Diplomat. Concordatorum*, quam idem ſucceſſu temporis edendam ſpopondit nuperrimè *T.* 4. *ſubſid.* in præf. 9) Accedunt plura Concilia provincialia, inter cetera *Colonienſe* de an. 1536. quod ad Varia ejusmodi decreta acceptata provocat. Quies attentis compertum ſatis puto Concordatorum Principum robur obſervantiam.

** *Ad ipſam Concordatorum Principum literam* (quam exortis circa veram Concordatorum mentem Controverſiis Germania ſemper tenuit *cum obvio & naturali ejusdem intellectu*, quæ nunquam ſinit Legem hanc fundamentalem Sacerdotium inter & imperium novis vaniſque interpretationibus & æquivocationibus in altercationem pertrahi, atque ad ſenſus peregrinos detorqueri) *hic provoco*: in Inſtrumento acceptationis, ubi acceptatur decretum: *de electionibus* ità legitur: PROMOVENDUS PER PAPAM.... REMITTATUR AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATUM CONSECRANDUS AUT BENEDICENDUS. Unico excepto caſu, *niſi forſan talis pro-*

movendus præſens fuerit in Curia romanâ, quo caſu nihilominus remittatur, ut hujusmodi ſuo immediato ſuperiori præſtet debitum juramentum. Quis hìc ex literali & aperto Concordatorum textu non videt METROPOLITANIS CONSECRATIONEM SUORUM SUFFRAGANEORUM unà cum exactione debiti juramenti reſtitutam & confirmatam eſſe? Verùm cùm Concordata Principum robur haud obtineant in iis, quibus per Concordata Aſchaffenb. derogatum aut immutatum extat, uti loquitur clauſula iis inſerta: *in aliis autem*, in præſenti diſpiciendum venit, num *juri conſecrandi Metropolitico* in iis quidquam derogatum aut immutatum fuerit. Utrumque Concordatorum Aſchaffenb. ſchema ità habet: *proviſo, quòd confirmati & proviſi per Papam, nihilominus Metropolitanis & aliis præſtent debita juramenta & alia, ad quæ de jure tenentur.* Conferamus nunc præſentem textum cum eo, quem retulimus ex Concordatis principum: quis mutationem quandam *circa conſecrationis jus* deprehendit? Confirmationis jus à Metropolitanis abdicatum eſſe, ex iis palam eſt. Quid verò *de conſecrationis jure* in Concordatis Aſchaffenb. ſtatuitur? Quid ordinatur, aut quid immutatur? nihil. Quodſi verò Concordata derogatoria nihil de eo ſtatuant, quis ſanæ men-

Digitized by Google

mentis *juri conſecrandi Metropolitico* in Concordatis Principum, per verba, *remittatur Conſecrandus ad ſuum ſuperiorem immediatum*, definito quidquam detractum eſſe credet? *in quantum Concordata Principum Aſchaffenburgenſibus non obviant, nihil extitit immutatum*: ubi verò aut in quo *jus conſecrandi Metropolitis* in Concordatis Principum addictum obviat allato Aſchaffenburgenſium textui? an jus exigendi debitum juramentum ab Epiſcopis excludit, & ſecum non compatitur jus conſecrandi? Equidem obligatio debitum præſtandi juramentum in Aſchaffenburgenſibus expreſſa tantùm fuit: ſed propterea jus conſecrandi in iis exprimi non oportuit, ſufficienter enim Metropolitanis, ut iis ſalvum & integrum maneret conſecrationis jus, cautum erat per Concordatorum Principum literam nempe *remittatur conſecrandus ad ſuum ſuperiorem immediatum*; & cùm Aſchaffenburgenſia erant tantum redhoſtimenti loco, queis ſanctæ Sedi nonnullorum abdicatione compenſatio fieret, conſecrationem unà cum confirmatione exprimi oportuiſſet, ſi utraque abdicata & ſummo Pontifici reſervata dici velit. Imo, ſi ipſum Aſchaffenburgenſium textum inſpiciamus, non obſcurè inde colligitur firmatum potiùs

de novo eſſe jus conſecrandi in Metropolitis; ait enim: *proviſi & confirmati* præter juramentum præſtandum *præſtent iis alia, ad quæ de jure tenentur*: ad quæ verò ex lege Concordatorum Principum, tempore, quo Aſchaffenburgenſia fuere condita, Suffraganei adſtricti erant ſuis Metropolitanis? ad quæ eos obligavit jus nativum ac ordinarium in Metropolitis reſidens? redeamus ad Concordata Principum: nempe: *remittantur conſecrandi ad ſuum ſuperiorem immediatum* ſeu Metropolitam? ab hoc eorum conſecratio de jure fiat, prout toties Conciliorum tum provincialium tum generalium ſtatutis ordinatum, atque ſummorum Pontificum elogiis ac præceptis inculcatum extat. Conf. §. 1. 2. 3. Jus itaque Metropoliticum aſſertum potiùs quàm derogatum aut immutatum ex utroque Concordatorum textu credendum eſt, excepto unico caſu, *ubi conſecrandus præſens foret in Curia Romana.*

§. VIII.

Hoc jus Suffraganeos conſecrandi Metropolitis per Concordata reſtitutum eſſe, ſuadet vera, pacta publica interpretandi, regula. *

* Ubi evidens eſt Concordatorum litera,

tera, nullam interpretationem admittendam eſſe, quâ vis Concordatis inferatur, alibi vidimus: quid hoc enim eſſet aliud, quàm pronam Pactis ac Concordatis ſanctiſſimè ſervandis contraveniendi parare viam? quod neque de Natione noſtra utpote integerrimæ ſemper ac germanæ fidei, neque de altero ſummo Paciſcente præſumi oportet unquam: hìc autem omnino evidentem eſſe Concordatorum textum, nempe: *remittatur Conſecrandus ad ſuum ſuperiorem immediatum*, vel obiter inſpicienti patet. In dubio verò, utrum in Concordatis Aſchaffenburgenſibus immutatio quædam facta fuerit circa Concordata Principum, interpretationem tunc fieri debere, facilè admiſero. Sed quænam tunc interpretationis regula? *in dubio mutationis factæ*, ait *Schmid.* Diſſ. cit. p. 133. *nihil immutatum eſſe indubium eſt.* Dato itaque, neutiquam conceſſo, dubium hìc eſſe, num circa conſecrationis jus in Concordatis Principum definitum, mutatio quædam facta fuerit, in *Concordatis exceptivis*, nihil immutatum eſſe in eo dicendum eſt. Quemadmodum enim unanimis eſt ſententia, quòd lex certa eò usque obliget, donec mutatio legis æquè probetur certò: quia correctionem contra jus clarum præſumere omnino nefas eſt, ità & illa lex quam ſibi ſummi imperantes

Digitized by Google

per pactum ſolemne ſeu Concordata Principum circa conſecrationis jus dixêre, *nempe remittatur conſecrandus* &c. manebit certa & indubitata, donec mutatam fuiſſe certò appareat. Ubi autem mutatam fuiſſe conſecrationis legem in Concordatis Principum ſtabilitam, apparet certò? audiamus, quid hac in re ediſſerat Cl. *Schrod.* in ſuis Inſtit. Tit. 6. p. 202. nempe per Concordata Aſchaffenburgenſia conſecrationem *non eſſe reſervatam ſummo Pontifici, utpote quæ de illo tacent.* Sanè immutationem quandam eſſe factam in Aſchaffenb. circa conſecrationis jus neque hic intuetur: quodſi ergo nulla immutatio facta ſit, ſubintrat regula Concordatorum Principum: nempe, *remittatur conſecrandus ad ſuum ſuperiorem immediatum.* Accedit, quòd in dubio an per Concordata Aſchaffenb. quidquam immutatum fuerit, conditio Nationis germanicæ teſte eodem *P. Schmid.* l. cit. longe melior illâ ſummi Pontificis eſſe debeat. Apud omnes verò in confeſſo eſt, Metropolitanos extitiſſe Conſecratores ordinarios ſuorum Suffraganeorum, atque in caſu violati hujus juris metropolitici ſæpiùs contradixiſſe vid. §. 3. hujus Tract.; hinc in dubio an contra jus nativum Metropoliticum conſecrandi, jure poſtliminii in Concordatis Principum re-

reſtitutum & pacto publico firmatum, in Concordatis Aſchaffenb. pro ſum. Pontifice facta ſit mutatio, nihil immutatum, atque jus Metropolitarum in Conſecrando Suffraganeos ſalvum ſemper & integrum eſſe, præſumi debet; unde ait Celeb. *Barthelius* Diſſ. 2. ad Concord. german. p. 345. *Regula, Concordata in favorem Ordinariorum interpretanda eſſe, ſtatuitur puriori Eccleſiæ Diſciplinæ, primigenio Metropolitarum & Epiſcoporum juri ac Eccleſiarum utilitati innixa.* Conf. Cl. ZALLWEIN. qui T. III. p. 316. ità inquit: *Cùm ordinarii* (ac Metropolitæ) *habeant pro ſe jus antiquiſſimum, & continuatam per XII. ſæcula* (conſecrandi Suffraganeos) *poſſeſſionem; & è contra reſervationes à Pontifice factæ & in Concordatis germaniæ eidem ſtabilitæ, ſint contra jus commune: hoc ipſo pronuntiandum eſt IN DUBIO in favorem ordinariorum ac Metropolitarum.*

§. IX.

Idem jus Metropoliticum circa CONSECRATIONEM firmat ipſa tum *Principum* tum *Aſchaffenburgenſium Concordatorum indoles* *

* Ea nempe eſt utriusque Concordati indoles, ut Concordata Principum velut *pactum regulativum*, Concordata verò Aſchaffenburgenſia velut *pactum exceptivum* habenda ſint: Conf. *Ant. Schmid* In-

ſtit. & *Wolfgang. Schmid.* Diſſ. cit. p. 116. *quodſi Concordata Aſchaffenburgenſia*, ait, *in ſe ſpectentur, & quatenus reſtringunt Concordata Principum etiam EXCEPTIO à REGULA, hoc eſt à Decretis Baſileenſibus modificatis dici poſſunt, & conſequenter ſub hoc reſpectu nonniſi ſtrictam interpretationem recipiunt.* Duo itaque ex agnita hac utriúsque Concordati indole conſideranda veniunt: primum eſt: *plus juris Concordata Aſchaffenburgenſia utpote exceptiva ſummo Pontifici non attribuunt, quàm quod excipiunt ab iis, quæ per Concordata Principum Epiſcopis ac Metropolitanis literaliter jure poſtliminii reſtituta ſunt*: alterum eſt: *Concordata Aſchaffenburgenſia tanquam exceptiva à Concordatis Principum ſtrictæ interpretationis fore.* Jam verò ad noſtrum jus Conſecrationis Metropoliticum: hoc in vim pacti regulativi ſeu Concordatorum Principum reſtitutum eſſe Metropolitanis, docet eorum manifeſta litera, nempe *remittatur conſecrandus*, quid verò ab hoc jurè excipitur in Concordatis Aſchaffenburgenſibus ceu exceptivis? ſanè nulla hujus juris mentio in Aſchaffenburgenſibus apparet. *Exceptum autem non cenſetur in contractu id, quod non apparet. Calvin.* Lexic. jurid. ad h. vocem *exceptum.* quemadmodum itaque attentâ iſtâ Concordatorum indole itâ argumentari fas eſt: in Con-

Concordatis Aſchaffenburgenſibus *tanquam exceptivis* nihil prorſus exceptum atque expreſſum fuit *quoad reſervationes per regulas Cancellariæ alidſque conſtitutiones apoſtolicas introductas*, ideóque quoad has nihil immutatum eſt in iis contra nationem, ergo iis ſublatis per Concordata Principum *velut regulam*, jus liberæ collationis Nationi germanicæ manet reſervatum, ſeu potiùs jure poſtliminii reſtitutum. Vid. *Schmid.* Diſſ. cit. p. 128. & 129. ità quoque idem de jure conſecrandi Metropolitico aſſeri omnino debet: nempe, in Concordatis Aſchaff. *utpote exceptivis* nihil prorſus expreſſum atque exceptum fuit *quoad jus conſecrandi* per reſervationes Cathedralium Eccleſiarum ad Sedem apoſtolicam devolutum; Ergo eo per Concordata Principum reſtituto in verbis „*Remittatur conſecrandus* &c. jus Conſecrandi Metropoliticum Suffraganeos Epiſcopos manet Metropolitis reſervatum ſeu potiùs jure poſtliminii reſtitutum. Præſertim cùm *Concordata exceptiva* ſtrictam interpretationem ſortiantur, adeoque ultra exceptionis literam non ſint extendenda. Unde rectè ait Author ſtrittiger Staatsſchriften 3. Theil. p. 136. So oft iſt in der Strenge den Concordatis Principum ein geſätzmäßiger Plan einzuraumen, ſo oft man die ächten baſeler Decreten vor ſich hat

hat, denen durch die aſchaffenburger Verträge nichts entzogen iſt.

§. X.

Huic juri Metropolitico in Concordatis Aſchaffenburgenſibus TACITE derogatum eſſe, nullâ ratione aſſeri poteſt. *

* Tacitam fors immutationem aut derogationem factam eſſe, ex eo videretur, quòd in textu Concordatorum Aſchaffenb. nonnulla ſint omiſſa, nempe: *remittatur conſecrandus* &c. At quæro: num rectè ea omnia, quæ in Concordatis Aſchaffenburg. reperiuntur omiſſa, *tacitè* immutata dici eo ipſo poſſint: plura in his non ſunt expreſſa, quæ tamen in Concordatis Principum expreſſè definita ſuum adhuc hodie obtinere effectum dici debent, uti liquet ex iis quæ ſupra §. IX. deducta ſunt *de reſervationibus* Profectò plura alia eo ipſo, quòd in Concordatis Aſchaff. non fuerint expreſſa, ſeu omiſſa, è contra in Concordatis Principum expreſsè in pactum deducta ſint, adoptat uterque Cl. *Schmidt*, Heidelbergenſis in ſuis Inſtit. v. g. Tom. 1. p. 83. 161. & T. 2. *de decimis Papalibus*. alter *Fuldenſis*. Diſſ. ſupra cit. C. V. *de negotio finali in Concord. Aſchaffenb.* per totum. Non ergo potior ratio pro Conſecratione adferri poteſt, cur hæc utpote omiſſa referſer-

ſervata nihilominus Ss. Pontifici dici poſſit, cùm apertiſſima *ejusdem Metropolitanis reſervatæ* mentio fiat in Concordatis Principum. Accedit, *tacitas immutationes, derogationes, exceptiones* in pactis publicis jure naturæ ſervandis, item in jure nativo ordinario ac communi Metropolitanis competente, velut *odioſas* omni jure reprobari; unde notiſſimum illud, *ſpecialiter in odium juris communis ac ordinarii conceſſa, & excepta, ſpecialiter exprimi debere.* Ubi autem expreſſa legitur immutatio aut exceptio in pactis ſubſequentibus circa jus Conſecrandi in Concordatis Principum Metropolitis definitum, atque iis jure ordinario ac nativo competens? nullibi. Qua ergo ratione *tacita* hic *immutatio* aut exceptiolo cum habere queat, non video. Rectiùs itaque ratiocinatur Cl. SCHROD. in ſuis Inſtit. T. 1. Tit. VI. p. 202. *Concordata Aſchaffenburgenſia de Conſecratione Suffragan. tacent, ergo in vim eorum non eſt ſummo Pontifici reſervata* Ex quo verò in contrarium infero: *Concordata Principum apertè & literaliter Metropolitis jus conſecrandi Suffraganeos reſtituunt ergo iisdem in vim eorum manet reſervatum, quia Aſchaffenburgenſia, tanquam ab iis exceptiva, de eodem tacent.....* Præterea *exceptionem obſcuram*, in pactis nullius momenti eſſe, patet ex *L. 1. §. Labeo ſcribit. ff. de flumin.*

l. Tit.

l. Titiæ textores in pr. ff. de Legat. 1. Bartol. *in l.* 1. *ff. de exception.* Item, obſcurè excipere: *argum. l. re ætate. §. nihil intereſt. ff. de interrog.* ergo *tacita* illa immutatio aut *exceptio* hìc circa conſecrationis jus tanquam *obſcura*, adeoque tanquam in Concordatis Aſchaffenburgenſibus *non apparens*, locum habere non videtur. Quanquam non diffitear, Nationis noſtræ Metropolitas tractare ità finaliter *potuiſſe* cum Sede apoſtolica, ut & ipſum conſecrationis jus cum jure confirmandi à ſe in pactis finalibus abdicatum eſſe vellent: verùm ubi eos *ità tractare voluiſſe* conſtat? ſi tacita eorum abdicatio ità facilè præſumi queat, quorſum tot Germaniæ noſtræ Metropolitarum querelæ ſuper læſis ſuis juribus Metropoliticis, præſertim, *jure confirmandi & Conſecrandi episcopos Suffraganeos* in Conc. Conſtantienſi exhibitæ apud Goldaſt. T. 1. Conſt. Imp. p. 391. & an. 1440. repetitæ in Aviſamentis Moguntinis, quæ proſtant in der neuen und vollſtändigen Sammlung der Reichsabſchieden P. I. p. 166. & ſeqq.? quorſum expreſſa eorum petitio in Conc. Baſil. Seſſ. 12.: *Ceterum ſtatuere dignetur ſacrum Concilium, quòd promovendus per Papam ſecundùm quandam clauſulam hujus Decreti* (de electionibus) *REMITTATUR CONSECRANDUS AUT BENEDICENDUS AD SUUM SUPE-*

PERIOREM IMMEDIATUM? quorſum eorum conſtantiſſima declaratio, quâ jura ſua Metropolitica ſibi reſtituenda urgebant in Comitiis Francofurtenſibus an. 1446. atque in notulis illis per Germaniæ legatos Eugenio IV. transmiſſis? Profectò hæc omnia tacitam illam præſumptámque abdicationem circa conſecrationis jus penitus elidunt. Neque plus Metropolitanos de juribus ſuis Metropoliticis abdicâſſe credendum eſt, quàm in Concordatis Aſchaffenburgenſibus expreſſum extat, præcipuè cùm jus Conſecrandi Suffraganeos ſit eſſentialis quaſi qualitas inhærens viſceribus ac oſſibus Metropolitanorum ab horum primordio. Conf. RIEGER *Inſtit. P. I. de poteſt. Metrop.* Salvus itaque & incolumis ſtat Concordatorum textus: REMITTATUR CONSECRANDUS AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATUM SEU METROPOLITAM, *quod enim non eſt immutatum cur ſtare prohibetur?* *L. 27. Cod. de Teſtam.*

§. XI.

Neque jus Conſecrandi Metropoliticum ex eo corruit, quòd CONSECRATIO velut *conſectaria* ſequeretur ipſam confirmationem Ss. Pontifici ex Concordatis reſervatam, prout contendit Cl. SCHROD. *in ſuis Inſtit. loc. cit.* *

* Ità

* Ità deduci poſſe, cuidam videretur ex eo quòd ex arg. C. 3. *de Conſtit. de connexis eadem ſit habenda ratio*: nemo autem ignorat, conſecrationem velut conſectariam ſemper annexam extitiſſe Confirmationi; conſecratio itaque ab eo de jure fieri debet, cui competit jus confirmandi; Sed utut hæc valde ſpecioſa appareant, pro præſenti tamen caſu nihil evincunt. Prioribus quidem ſæculis, ubi confirmatio ac conſecratio actus fuêre indiſtincti, ab eo conſecratio contigit, qui habuit jus confirmandi, vid §. 1. 2. at poſtquam ſæc. XIII. confirmatio à conſecratione ſecerni coepit, nova invaluit diſciplina, conſequenter alia utriusque actûs erat habenda ratio, nempe factæ ab invicem diviſionis tempore, illud *connexionis vinculum* inter utrumque *diſſolutum* eſſe, adeò, ut alius tunc extiterit, qui confirmavit, & alius, qui conſecrationis manum impoſuit: confirmavit plerumque Ss. Pontifex; confirmatos nihilominus remiſit ad Metropolitanos, ut conſecrarentur: manifeſtè hoc eruitur ex C. 44. *de elect.* ubi epiſcopi ultra Italiam conſtituti *Confirmationem ſui offcii* à Papa percipere jubentur, *Munus vero conſecrationis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueverunt*, nempe à Metropolitanis. Conradus Tullenſis Epiſcopus à Nicolao III. proviſus

viſus ad Metropolitam Trevirenſem remiſſus fuit; non pro confirmando, ſed ut ei conſecrationis manum imponeret; *Fleury* ad an 1279. manifeſto indicio, quod jus confirmandi ac conſecrandi jam eo tempore velut jura diſtincta haberi coeperint. Verùm ad tempora Concordatorum tranſeamus: Poſtquam occaſione confirmationis epiſcoporum reſervatæ, etiam conſecratio tandem ad Ss. Pontificem devoluta fuit, Metropolitani Germaniæ in utroque jure ſibi reſtituendo laborârunt: vid. §. 5. at quænam eorum mens ac intentio extitit circa *jus conſecrandi*, caſu, quo confirmatio aut proviſio Romæ fieret? ea palam eruitur ex Concordatis Principum: PROMOVENDUS PER PAPAM, inquiunt, REMITTATUR AD SUUM SUPERIOREM IMMEDIATUM, CONSECRANDUS AUT BENEDICENDUS: quid aliud hæc inſinuant, quàm quòd Metropolitæ jus confirmandi ac conſecrandi non tanquam jura *connexa*, ſed *ſeparata* conſiderari vellent, atque ubi à Ss. Pontifice jus confirmandi exerceri contingeret, jus conſecrandi propterea ab eodem ex ratione *connexionis* exerceri non oporteret? cùm itaque Concordata Aſchaffenburgenſia ex mente Cl. SCHROD de jure

con-

conſecrandi taceant, & propterea illud Ss. Pontifici non reſervent: neque aſſeri poteſt, conſecrationem tanquam *connexam* aut *conſectariam* ſequi ipſam confirmationem, eò quòd Metropolitæ in Concordatis Principum expreſsè ſibi velint reſervatum eſſe jus conſecrandi, caſu, quo proviſio aut confirmatio à Ss. Pontifice fieri contingeret.

§. XII.

Neque juri Metropolitico ex Concordatis Principum Metropolitanis reſervato obeſt contraria praxis & obſervantia. *

* Hæc enim eſt aut ex Metropolitanorum diſſimulatione, qui jus conſecrandi nativum in ſuos Suffraganeos ſibi competens non urgent; aut nuda tantùm facta ſunt, quibus Metropolitani non contradicunt: porro praxin & obſervantiam non tollere jus ex Concordatis Nationi noſtræ quæſitum, etiam præſcriptionis viâ, apparet ex conſtanti mente nationis, quæ ſua verba promiſſoria nulla praxi aut præſcriptione contraria obliterari ſinit unquam: quæ in actis publicis ſæpiſſimè profitetur *vivendum & ſtandum eſſe firmiter Concordatis, contraventiones eſſe tollendas. Receſſ. Imp. de an.* 1500. *tit.* 44. §. 3. *capit. Ferdin. I.* §. 15. *Rudolph. II.* §. *eod. Mathiæ* §. 17. *Ferdin.* II.

II. §. 15. *Ferdin. III.* §. 18. *Ferdin. IV.* §. 16. *Leop. I.* §. 19. *Joſephi I.* §. 18. *Caroli VI. art.* 14. *Caroli VII. art.* 14. §. 3. *Franciſci I. art.* & §. *eod. capit. noviſſ. Joſephi II. glorioſè regnantis art.* & §. *eod.* In ſpecie verò quoad *jura Metropolitica* non tantùm an. 1455. & 1457. ab electoribus & reliquis ſtatibus Imperii, in ſpecie Eccleſiaſticis, ſed & ulteriùs an. 1563. ab ipſo Imperatore nomine nationis fuit reclamatum *Conf. obſervat. hiſtorico-jurid. in Concord. Nat. germ.* p. 15. unde an. 1587. Archiepiſcopus Colonienſis, Eccleſiæ Mindenſis epiſcopum *conſtituit ac conſecravit*, absque ulla à Sede apoſtolica dependentia. Conf. *easdem obſerv.* p. 82. Quid? quod, ſi ad noviſſima attendamus tempora, *praxin univerſalem* ſaltem, quoad conſecrationem reſervatam Papæ non obtinere, ex eo patet, quòd an. 1754 ambo Epiſcopi, *Tullenſis* de Drouas, & *Virdunenſis* de Nicolay petita & impetrata à Rdmo Metropolitano Trevirenſi FRANCISCO GEORGIO ſpeciali commiſſione in Archiepiſcopum Pariſienſem, ab hoc ex illius delegatione Epiſcopi ordinati ſint. Vid. ILLMUS ab HONTHEIM H. D. T. 1. p. 555.

§. XIII.

Neque ſententiæ noſtræ obeſt, Authoritas ESPENII aliorúmque ejusdem temporis ſcriptorum. *

* Equidem *Eſpenius* J. E. U. P. 1. T. XV. C. 1. n. 13. ità inquit: *hodie verò ſicutì Epiſcoporum confirmatio, ità & conſecratio ad Pontificem devoluta eſt.* Verùm, quanquam virum hunc in materia canonica magni habeam, in hoc tamen caſu ipſi parum deferendum eſſe arbitror, quia (quod & de aliis ſentiendum velim) præ oculis tantum habuit Concordata Aſchaffenburgenſia exceptiva, uti ex ſubſequentibus, quæ ibidem adducit ſatis colligitur; *Concordata* autem *Principum*, in quibus jus conſecrandi Metropolitanis addicitur, ipſi tum temporis erant incognita, neque hiſtoriam Concordatorum Principum, quantum Germaniam noſtram concernit, penitiùs inſpexiſſe credendus eſt. Neque mirum; cum pro juribus Belgii potiſſimùm ſe vigilâſſe ſcriptis ſuis palam faciat.

Ex his deductis in aprico eſſe ſatis, puto, jus conſecrandi Suffraganeos Epiſcopos Rdmis Germaniæ noſtræ Metropolitanis ex litera Concordatorum Principum hodie adhuc vindicari. Hæc tamen à me eo fine relata nequaquam ſunt, ut Sedis apoſtolicæ reſervata jura contra expreſſum Concordatorum tenorem irreligiosè impugnem, cùm pacta publica maximè pro veneratione & authoritate ejusdem Sedis apoſtolicæ germana fide ſervanda

&

& cuſtodienda eſſe omnino cenſeam: ſed ut reſervationes, quas ab omnibus & ab ipſismet Doctoribus curiæ odioſas reputari conſtat, in dubio Concordatorum ſenſu reſtringendas, neque ultra eorundem literam extendendas eſſe, *per tacitas* adeóque in Concordatis non exiſtentes reſervationes, ſolidè concludam; præcipuè, cùm ſumm. Pontificum intentio ſit, Nationem Germanicam, ultra reſervationes in Concordatis aſchaffenburgenſibus expreſſas, nullatenus gravandi.

XVI.

Joannis Henrici Thiery J. U. L. Clerici Spirenſis Ss. Theol. Baccalaur. Diſſertatio de Libertate Eccleſiarum Germaniæ Concordatis vindicata.

§. I.

I. Libertatem Eccleſiarum Germaniæ Concordatis vindicatam dum diſcutiendam, & publico Literatorum judicio exponendam ſumimus; *internam* intelligimus, non eam quidem, quæ ad dogma, ad religionem, & cultum divinum animarumque ſanctificationem proxime pertinet, ſed quæ Jura Eccleſiarum & Prælatorum publica ad diſciplinam & poli-

Digitized by Google

tiam ſtatus publici Eccleſiaſtici ſpectantia reſpicit. Idcirco proinde interna dicitur, quod Jura hæc Eccleſiæ propria ſint, hierarchica & immanentia, atque ad ſolum Pontificem Romanum ſupremum Eccleſiæ univerſæ caput & catholicæ unitatis centrum; non vero directe ad Rempublicam profanam & Magiſtratum politicum veluti externum relativa. Hæc ſi altius ex ipſa origine ſua repetantur, CHRISTUM ipſum ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſuæ fundatorem authorem habent. Ipſe enim poſt glorioſam reſurrectionem apparens diſcipulis ſuis ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti: Docentes eos ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis a). Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt b).* Ex hac verborum CHRISTI conſideratione perſpicuum apparet, (1) quod Salvator noſter per hanc miſſionem, Apoſtolos ſuos tanquam veros miniſtros & diſpenſatores myſteriorum inſtituerit. Et quamvis (2) in his textibus CHRISTUS loqui videatur de duobus tantum Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet & Pœnitentia, ad ſalutem humani generis maxime neceſſariis; hoc tamen miniſterium & adminiſtratio Sacramentorum non ſolam poteſtatem

a) MATH. 28. v. 18. — 20.

b) JOANN. 20. v. 21. — 23.

tem Ordinis, ſed & Jurisdictionis ſecum involvit: non tantum poteſtatem convertendi panem & vinum in Cchristi corpus & ſanguinem, & a peccatis abſolvendi; ſed & alia Sacramenta adminiſtrandi, docendi alios ſibi ſocios & paſtores eligendi, judicandi, leges ſanciendi, & ab his abſolvendi, quotiescunque neceſſitas vel utilitas fidelium ſimile quid ſuaſerit. Quare juxta mentem divi Pauli c) miniſterium, & poteſtas Epiſcoporum conſiſtit in Jure regendi Eccleſiam Dei: *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Indubitatum eſt autem quod poteſtas hæc regendi Eccleſiam, ſine poteſtate judicandi, Miniſtros conſtituendi, leges ferendi, & ab his quoque pro temporum circumſtantiis diſpenſandi nullatenus ſubſiſtere poſſit.

II. Apoſtoli velut Rectores, ſupremi legislatores in electis ſibi Provinciis varias tulerunt conſtitutiones, quæ adhucdum hodie ſub nomine *Apoſtolicarum* paſſim audiunt. Neque in controverſiam vocari poteſt, S. Paulum de hujuscemodi inſtitutis loqui, quando reſcribit d): *Cætera, cum venero, diſponam.* Idem in ſuis ad Timotheum & Titum Epiſtolis d) certos quosdam ad Epiſcopatus vel Presbyteratus gradum incapaces declaravit,

c) Actorum 20. v. 24.

d) 1. ad Tim. 3. & ad Tit. 1.

& in Epiſt. ad Corinthios, ſe inceſtuoſo pœnæ Canonicæ partem remiſiſſe ſcribit, ſicque illum denuo in communionem Eccleſiæ recepit, a qua per excommunicationis declarationem fuerat ſegregatus. Non minus certum eſt, conceſſam a CHRISTO Apoſtolis in Provinciis quantum libet diſſitis regendi Eccleſiam poteſtatem ſummam extitiſſe, quæ ſuper quosvis rerum eventus ſeſe extenderet, ut ſatis innuunt verba ſuperius allata. Et certe viri, quos in remotiſſimas orbis regiones quaſi Legatos a Latere emiſſurus erat, viri inquam, quos ipſe Dominus velut Patres noviter fundatæ Eccleſiæ conſtituerat, procul dubio ampliſſimæ poteſtatis plenitudine non inſtructi eſſe non potuerunt.

III. Apoſtolis autem Epiſcopos in hac poteſtatis & jurisdictionis provincia ſucceſſiſſe, unanimi SS. Patrum ſuffragio evincitur. S. CYPRIANUS M. ad CORNELIUM Papam Epiſt. 42.: *Hoc vel maxime frater & laboramus, & laborare debemus, ut unitatem a Domino & per Apoſtolos* NOBIS SUCCESSORIBUS *traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus.* Et Epiſt. 69. CHRISTUS *dicit ad Apoſtolos, ac* PER HOS AD OMNES EPISCOPOS, *qui Apoſtolis vicaria ordinatione ſuccedunt: Qui audit vos, me audit, & qui me audit, audit eum, qui miſit me; inde enim ſchiſmata & hæreſes obortæ ſunt, & oriuntur, dum Epiſcopus qui unus eſt & Eccleſiæ præeſt, ſuperba quorundam præ-*

præſumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus indignus hominibus judicatur. S. Hieronymus Epiſt. 54. de Montaniſtis: *Apud nos Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent.* Et Epiſt. ad Evagrium 85.: *Cæterum omnes* (Epiſcopi) *Apoſtolorum ſucceſſores ſunt.* S. Augustinus Tract. in Pſal. 44. verſum illum: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: conſtitues eos principes ſuper omnem terram*, eleganter ita exponit: *Quid eſt? pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: Patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filii nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi... non ergo te* (ſancta Eccleſia) *putes deſertam, quia non vides* Petrum, *quia non vides* Paulum, *per quos nata es: de plebe tua tibi crevit paternitas; pro patribus tuis nati ſunt tibi filii.* S. Gregorius M. de Apoſtolis loquens Hom. 26. in Evangel. ait: *Horum profecto nunc in Eccleſia Epiſcopi locum tenent, ligandi & ſolvendi authoritatem ſuſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur.* Conſtantis hujus & antiquiſſimæ Traditionis Eccleſiæ, Sanctorumque Patrum veſtigiis inhæſit Concilium Tridentinum Seſſ. 23. Cap. 4. de Sacram. Ord. *Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & poſitos, ſicut Apoſtolus ait, a Spiritu ſancto, regere Eccleſiam Dei.* Ex quibus neceſſe eſt ſequi duo præcipua Corollaria; (1) Poteſtatem Epiſcoporum immediate provenire a Christo, & conſequenter non a ſummo

Pontifice *e*). (2) Hanc poteſtatem in ſe, & inſtitutione divina ſpectatam ut ſummam, & intuitu cujusque Diœceſeos quaſi illimitatam conſiderari; ita tamen, ut ad conſervandam in Eccleſia unitatem quivis Epiſcopi Summo Pontifici, tanquam Primati, & *centro unitatis* canonice ſint ſubordinati. Hoc ſenſu etiam intelligenda ſunt illa verba S. CYPRIANI L. de Unit. Eccleſ.: *Epiſcopatus unus eſt, cujus in ſolidum pars a ſingulis tenetur*, & paulo poſt ſubjungit: *Hoc erant utique & cæteri Apoſtoli, quod fuit* PETRUS, *pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis; ſed exordium ab unitate proficiſcitur, Eccleſia ut una monſtretur.*

§. II.

I. In confirmationem ſummæ hujus poteſtatis & jurisdictionis ad primæva tempora, eorundemque politiam ſacram paululum aſcendere juvat, ex qua illimitatum illius exercitium per octo prima ſæcula ſatis eluceſcit, & præter debitam illam ſecundum canones ſubordinationem reliqui, quibus hodie authoritas Pontificia vel in conſtitutione Epiſco-

e) Vid. LUDOV. THOMASIN de vet & nov. Eccleſ. Diſcipl. Tom. 2. Lib. 1. Cap. 50. VAN ESPEN Jus Eccleſ. univ. P. 1. Tit. 16. cap. 1. num. 6. Conf. D. IGNAT. KALES Diſſertatio de poteſtate Epiſcoporum primigenia & ſolida ſuas regendi Diœceſes Cap. 2. & 3. Recuſa extat in Theſauro Juris Eccleſ. P. ANT. SCHMIDT S. J. Tom. 2. pag. 586.

eoporum, vel in eorum Diœceſium regimine ſe exerit, modi penitus erant incogniti. Nec quidquam vero de *Cauſis* illis *Majoribus* hic obmovere licet, quæ tempore Collectionis Decretalium in ſæculo XIII. ſub GREGORIO IX. admodum infrequentes erant, & multo rariores adhuc extiterunt ante falſas Epiſtolas Decretales. Sic Canones Nicæni, Antiocheni, Laodiceni, aliorumque, tum orientalium, tum occidentalium Conciliorum clariſſime demonſtrant, Metropolitanis competiiſſe Jus confirmandi electiones ſuorum Suffraganeorum *f*), quibus ad ſui conſecrationem mandato Apoſtolico haud opus fuerat; ſola namque Metropolitani confirmatio tunc temporis ſufficiebat. Quinimo certum eſt, Jus novum Decretalium Epiſtolarum GREGORII IX. hanc poteſtatem Archiepiſcopis intactam reliquiſſe *g*). Ad hoc jam pridem provocarunt PETRUS DE MARCA *h*), VAN ESPEN *i*), & celebris ille Sæculo XVI. *Lutheri* impugnator JOANNES ECKIUS *k*). Epiſcopis ita confirmatis liberum erat fideles ſuos inſtruere circa fidem, & ejusdem quæſtiones decidere, decretaque edere. Inde

R 5 ſunt

f) Vid. Inſtitutiones Juris Eccleſ. ANT. SCHMIDT Tom. 1. Cap. 1. Sect. 4. §. 96.

g) Conf. Cap. *Innotuit* 20. & Cap. *Cum dilectus* 32 de Elect.

h) De Concord. Sacerd. & Imp. L. 6. Cap. 3. N. 12.

i) In Jure Eccleſ. univ. part. 1. Tit. 14. N. 4.

k) L. 3. de Primatu PETRI Cap. 40.

Digitized by Google

ſunt diverſa unius ejusdemque licet fidei Symbola, Romanum, Aquileenſe, Hieroſolymitanum, Neocæſareenſe, Alexandrinum, aliarumque Eccleſiarum; de quibus fuſius agunt BINGHAM *l*), & JAC. USERIUS *m*).

II. Epiſcopis Provinciæ integrum erat, pro temporis neceſſitate celebrare Concilia, quin propterea licentia Summi Pontificis fuerit requiſita *n*). Nihil tunc audire licuit de Diſpenſationibus aut Abſolutionibus aliunde, quam ab Epiſcopis impetrandis *o*). Lites tum Cleri, tum populi ad primam inſtantiam Epiſcoporum delatæ, & ab hac, ſed raro tamen, permittebatur appellatio ad Concilium Provinciale ſub præſidio Metropolitani celebrari ſolitum *p*). Beatiſſimis illis Eccleſiæ temporis penes ſolum Epiſcopum ſtabat, omnia Eccleſiæ beneficia conferre; unde Reſervationum, Exſpectativarum, Mandatorum, Præventionum, & in Curia Vacantium nullibi veſtigia proſtant, de

l) Tom. 4. Orig. Eccleſ. L. 10. Cap. 4.

m) In Diſſertat. de Symbolis.

n) Vid. FLEURY Diſſertat. 4. in Hiſtoriam Eccleſ. §. 2.

o) Conf. VAN ESPEN Tractat. de Diſpenſat. Cap. 1. §. 7. BARTHEL. in Annotat. ad Jus Canon. L. 4. Tit. 16. GIBERT. Tract. de Eccleſ. Tit. 9. de Præl. nec non ANT. PEREIRA Tractatus von der Macht der Biſchöfe pag. 51. & ſeq.

p) FLEURY in Inſtitut. Juris Eccleſ Part. 3. Cap. 23 §. 2. & Ejusdem Diſſert. 4. in Hiſt. Eccleſ. §. 5.

de quibus per omnium ſæculorum epochas differit Doct. THOMASINUS *q*), & Cl. BARTHEL *r*).

§. III.

I. Nullus eſt hodie inter Eruditos, qui ſpurias ISIDORI Epiſtolas a NICOLAO I. in praxin deductas, baſin atque fundamentum ſubſtruxiſſe neſciat, quibus Diſciplinæ antiquæ mutatio inducta ac totius Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordo inſignes viciſſitudines ſubiit. Ex his falſis Decretalibus poſtea BURCHARDUS WORMATIENSIS, & IVO CARNOTENSIS Epiſcopi pro ſuis Canonum Collectionibus plurima hauſerunt, ex quibus porro GRATIANUS Monachus Sæculo XII. Decretum ſuum maxima ex parte compilavit *s*). Celebris in hoc Decreto extat Canon ex L. 2. S. AUGUSTINI de doct. CHRIST. (ſed male) deſumptus *t*) ubi dicitur, decretales Epiſtolas eam habere authoritatem, quam habet Scriptura ſacra. Ignorantia tamen Hiſtoriæ & artis criticæ negligentia hoc Decretum ita demum ſublimarunt, ut quaſi Co-

q) De vet. & nov. Eccleſ. Diſcip. Part. 2. L. 1. Cap. 33. n. 18. & Cap. 45. n. 14. & ſeq. ibid. ſub rub. *Benef.*

r) In Diſſert. prælimin. de Concord. German. Cap. 2. Tom. 2. Opuſcul.

s) Vid. PAULI RIEGGER Diſſertatio de Decreto GRATIANI §. 25. & extat nunc in prædicto Theſauro Juris Eccleſ. Tom. 1. Pag. 129.

t) Diſtinct. 19. Can. 6. de Canonicis.

Codex univerſæ jurisprudentiæ Sacræ paſſim ab omnibus adoraretur.

II. Noviter adinventis hisce principiis innixi Romani Pontifices adoptarunt illud principium; quod Epiſcopi *a Papa vocati ſint in partem ſolicitudinis*, non vero *in plenitudinem poteſtatis*; quare nonniſi velut *vicarios delegatos*, aut ſic dictos *officiales Papæ* fore conſiderandos: hunc econtra concurrentem cum Epiſcopis exercere quarumlibet diæceſium poteſtatem & Jurisdictionem, atque in Eccleſia univerſali independentem, adeoque illimitato pro lubitu gaudere dominio *u*). Exinde ſequebantur (1) miſſiones ordinariæ Legatorum, tanquam ſpecies viſitationis Epiſcopo in ſua Diœceſi competentis. (2) Arbitraria avocatio cauſarum a tribunalibus Epiſcoporum, promiſcua acceptatio recurſuum, & appellationum ad ſuam curiam, in qualibet etiam vel minima cauſa. (3) Conſtitutiones Ss. Pontificum, earundemque ad Ordinarios locorum ablegatio, ita, ut in vim promulgationis *Romæ* factæ obligationem inducere Epiſcopi ſibi perſuaderent. (4) Diſpenſationes ad quosvis Epiſcopos Diœceſanos directæ. (5) Infinita exemptionum privilegia ſine conſenſu Ordinariorum indulta.

II. Concilia Provincialia quod attinet, duo hæc principia ſtabilita leguntur, (1) ne ſine

u) Conf. Can. 6. 11. & 12. Cauſa 2. Q. 6.

ſine præcepto aut ſaltem licentia Papæ Concilia celebrarentur *x*), (2) Nec Decreta in his Concilijs lata absque prævia reviſione, emendatione, & approbatione ejusdem obligarent; quemadmodum (3) a Sæculo XI. plerisque Synodis præſidebant Legati Pontificis, & ſub proprio nomine Conſtitutiones in iisdem decretas promulgarunt. (4) Cauſæ majores tum Epiſcoporum, tum Conciliorum & Metropolitanorum jurisdictioni penitus ſubtractæ, & ſoli Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, cujus inſigne teſtimonium ſuppeditat famigerata illa diſcordia NICOLAUM I. & HADRIANUM II. inter, & Epiſcopos Galliæ ratione depoſitionis HINCMARI Laudunenſis Epiſcopi. (5) Sublata jamdum a Legatis poteſtas Metropolitica Archiepiſcoporum, in Concilio Provinciali olim unice exercita, in nihilum fere redacta fuit, ſolum Jus confirmandi & conſecrandi Suffrageneos ſuos uſque ad Reſervationum papalium introductionem illæſum remanſit; (6) Poteſtas autem judiciaria Epiſcoporum per appellationes ad Romanam Curiam plus detrimenti patiebatur.

§. IV.

I. Quamvis a ſæculo IX. uſque ad XII. magnus ſuppoſitarum Decretalium numerus lucem aſpexerit; non ſine ſpeciali tamen divinæ providentiæ diſpoſitione factum fuiſſe me-

x) Diſtinct. 17.

merito creditur, ut antiqua Acta Conciliorum & Canones, una cum Operibus SS. Patrum integra ſemper & inviolata perſiſterent. Eadem Viros ſanctitate æque ac eruditione clariſſimos excitavit, qui inveteratum diſciplinæ collapſæ malum & depreſſam Epiſcoporum authoritatem altius animo meditantes, juſtoque deſuper dolore tacti acerbiſſimas querelas ad Summos Pontifices detulerunt. Hos inter S. Ivo Carnotenſis in Gallia Epiſcopus, qui in Epiſt. ad HUGONEM Lugdun. Archiep. Sedis Apoſtol. Legatum ita ſcribit y): *Petendo itaque conſulimus, & conſulendo petimus diſcretionem veſtram, ut parcius de cetero nos Apoſtolicæ obedientiæ vinculo adſtringatis, ne humeris noſtris importabilia imponendo, in inobedientiam labi, prohibente aliqua impoſſibilitate, vel imperante aliqua neceſſitate faciatis. Nos tamen interdicta, ſeu mandata pro fidei defenſione, pro fidelium correctione &c. &c. ſic volumus obſervare, ut parati ſimus Deo cooperante quælibet adverſa pro eorum defenſione tolerare; cum vero ea, quæ indifferenter ſe habent, tam enixe ſervanda ſancitis: vel cum ea, quæ antiquitas ſanxit, conſuetudo ſervavit, & venerabilium authoritas Patrum ſacrata firmavit, prout vultis, minuitis aut mutatis, attendere debet prudentia veſtra, qui ſaluti eorum, quibus per omnia prodeſſe debetis, conferatis, vel quorum inſtitutio ſit potius tenenda, vel quibus obedientia potius ſit exbibenda; an illis ſanctis Patribus*

y) Apud GOLDAST. in Replicat. pro S. Cæſ. & Reg. Majeſt.

bus, qui adbuc nobis in ſcriptis ſuis loquuntur, an vobis, quibus nihil eſt aliud propoſitum, niſi priorum ſequi & bonorare veſtigia.

II. Hildebertus Turonensis Archiepiſcopus Sæculo XII. de appellationum frequentia, & Epiſcoporum depreſſione in Epiſt. 82. ad Honorium II. conqueritur: *Quaslibet appellationes in Romana vigere & ſuſcipi Eccleſia cis Alpes auditum non eſt, nec in ſacris traditum inſtitutis. Quodſi forte bujusmodi emerſit novitas, ut placeat omnem indifferenter appellationem admittere, pontificalis cenſura peribit, & omnino conteretur, Eccleſiaſticæ robur diſciplinæ. Quis autem raptor ad ſolam anathematis comminationem non ſtatim appellabit? quis Clericus aut Presbyter fruſtratorio appellationis refugio non putrebit, aut etiam ſepelietur in ſtercore ſuo? quis Epiſcopus babebit in promptu non omnem dico, ſed aliquam ulciſci inobedientiam? ejus virgam quævis appellatio quaſſabit, ſolvet conſtantiam, ſeveritatem emolliet, adducens & illi ſilentium, & reis impunitatem delictorum... Dilatione nempe cenſuræ facinora fovebuntur, & venient in profundum iniquitatis impune delinquentes.*

III. Præ cæteris audiatur S. Bernardus L. 3. Conſid. ad Eugenium III. Cap. 4.: *Murmur loquor & querimniam Eccleſiarum. Truncari ſe clamitant ac demembrari. Vel nullæ vel paucæ admodum ſunt, quæ plagam iſtam aut non doleant, aut non timeant: quæris quam? Subtrabuntur Abbates Epiſcopis, Epiſcopi Archiepiſcopis, Ar-*

Archiepiſcopi Patriarchis ſive Primatibus. Bonane ſpecies hæc? mirum ſi excuſari queat vel opus. Sic factitando probatis vos habere plenitudinem poteſtatis; ſed juſtitiæ forte non ita: facitis hoc, quia poteſtis; ſed utrum & debeatis, quæſtio eſt. Honorum ac dignitatum gradus quibusque ſuos ſervare poſiti eſtis, non invidere. Et paulo poſt num. 17. *Tune tibi licitum cenſeas, ſuis Eccleſias mutilare membris, confundere ordinem, perturbare terminos, quos poſuerunt Patres tui? Si juſtitiæ eſt, jus cuique ſervare ſuum, auferre cuiquam ſua, juſte quomodo poterit convenire? Erras, ſi ut ſummam, ita & ſolam inſtitutam a Deo veſtram poteſtatem exiſtimas. Si hoc ſentis, diſſentis ab eo, qui ait: Non eſt poteſtas, niſi a Deo. Denique idem ait: Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit. Non ait: Sublimiori, tanquam in uno, ſed ſublimioribus tanquam in multis. Non ergo tua ſola poteſtas a Domino, ſunt & mediocres, ſunt & inferiores.... Monſtrum facis, ſi manui ſubmoveas digitum, facis pendere de capite, ſuperiorem manui, brachio collateralem. Tale eſt, ſi in* CHRISTI *corpore membra aliter locas, quam diſpoſuit ipſe.* Recte exinde concludit Cl. & Illuſt. FLEURY z): Si S. BERNARDUS *tanto vigore in hosce abuſus invectus eſt, præſumens Jura illa recentiora Pontifici neceſſario competere; quid non dicturus fuiſſet, ſi hoc Jus Spuriis inniti Epiſtolis ſciviſſet?*

§. V.

I. Poſt ſubſecutas poſtea GREGORII IX. & BONIFACII VIII. Decretalium Collectiones nihil

z) Diſſert. 4. in Hiſt. Eccleſ. Pag. 203.

hil eſt, quod majus disciplinæ Eccleſiaſticæ antiquæ vulnus intulit, quam infelix illud in Eccleſia occidentali Paparum Avenionenſium ſchiſma *a)*. Cum enim Pontifices Avenione ſedentes *b*) debitis ex Italia deſtituerentur ſubſidiis; neceſſe erat, ut alia remedia excogitarent, quibus tum ipſi, tum Curialiſtæ ſuſtentarentur. Hunc in finem dominium quoddam omnium beneficiorum Eccleſiaſticorum ſibi aſſerere, & immediatam eorundem diſpoſitionem a ſe faciendam ſenſim putarunt. Reſervationes & gratiæ exſpectativæ ex Epiſcoporum conniventia primum indultæ in debitum quoddam degenerarunt, utpote quas præter Jus præventionis & concurſus per modum legis ſibi conſtituerunt. Eo uſque progeſſus fuiſſe legitur CLEMNES V., ut ſpreto Capituli Metropolitani *Trevirenſis* Jure anno 1307 BALDUINUM Comitem Luxemburgicum Antiſtitem dictæ Sedi præficeret. Nequid dicam de Præſule Moguntino per eundem Pontificem conſtituto, & de cæteris dignitatibus & beneficiis minoribus per eundem collatis. Cum itaque Canonicæ electioni contraveniretur a Ss. Pontificibus, tandem in conſuetudinem abiit, ut, quicunque ad dignitates & præbendas

a) Cujus Hiſtoriam edidit THEODORICUS DE NIEM, & MAIMBOURG. PUTEANUS in Hiſt. Templariorum. Conſ. RAYNALDUS in Continuat. annalium BARONII ad annum MCCCLXXVIII, & ſeq. NAT. ALEXANDER in Hiſt. Eccleſ.

b) Vid STEPH. BALUZIUS in Vitis Paparum Avenion.

das Eccleſiaſticas aſpirabant, Avenionem properarint, ibidem ad Cancellariæ regulas gratias impetraturi. Exactiones pecuniariæ velut in recognitionem dominii directi adinventæ ſunt; quas ſummo cum rigore ad excommunicationes uſque exequebantur. Idipſum in ſe ipſo expertus eſt PETRUS *Archiepiſcopus Moguntinus c)*. Huc ſpectant permulta exactionum genera, videlicet Servitiorum communium, minutorum, quindenniorum, Decimarum Papalium, Annatarum; Subventionum, Nunciorum Apoſtolicorum &c. quibus Eccleſiaſtici præſertim Germani ſine intermiſſione ſe gravari conquerebantur; adverſus has propterea exactiones unionem inter ſe iniit Clerus Moguntinus Anno MCCCLXXII., quam exhibet L. B. DE GUDENUS *d*).

II. Luctuoſum totius Eccleſiæ ſtatum ante tempora Concilii Conſtantienſis deſcribit Cel. Ille JOANNES GERSON Univerſ. Pariſ. Cancell. *e*) his verbis: *Coactivam poteſtatem multi Summi Pontifices per ſucceſſiones temporum, & contra Deum & juſtitiam ſibi applicarunt, privando inferiores Epiſcopos poteſtatibus & authoritatibus eis a Deo & Eccleſia conceſſis. . . . . Poteſtas & authoritas Epiſcoporum & Prælatorum inferiorum, quaſi videtur exhauſta, & totaliter diruta: ita, ut jam in Eccleſia non videantur eſſe, niſi ſimulacra depicta, & quaſi*

c) Cujus inſigne documentum exhibet Cl. STEPH. ALEX. WÜRDTWEIN in Subſidiis diplomaticis ad ſelecta Juris Eccleſiaſtici Germaniæ & Hiſtoriarum Capita elucidanda Tom. 1. pag. 403.

d) In Codice Diplomat. Mogunt. Tom. 3. pag. 507.

Digitized by Google

quaſi fruſtra; jam enim Papa Romanus reſervavit omnia beneficia Eccleſiaſtica, jam advocavit omnes cauſas ad Curiam ſuam, jam voluit pœnitentiariam haberi ibidem, jam legitimationes Clericorum, jam Ordinationes ſacras quorumcunque ſine differentia vult fieri in ejus Curia; & illi, qui in terra propria non poſſunt, in eadem Curia ordinantur de facili. Jam monaſteria Ordinum quorumcunque, in quibus Monachi vivebant in religione & multitudine, dantur in Commendas Cardinalibus, qui vix habent in quolibet decimam partem Monachorum ibidem olim exiſtentium, aut paucos vel nullos omnino: unde videbis aliquos nepotes aut conſanguineos laicos Cardinalium in ipſa Romana Curia otioſe vacare, & niſi luxuriis & deliciis inhærere, atque tot veſtes pompatas & pretioſas habere, quæ alicui magno Principi merito ſufficere poſſent: & pauperes Religioſi, de quorum fructibus talis pompa fit, in curia grandi ſemper rerum penuria laborant, nec aluntur pauperes de patrimoniis JESU CHRISTI, *quod tam inutiliter per alios diſſipatur . . . . Et quis unquam legit, vel in veritate audivit, quod antiquis temporibus indultum a quoquam Papa fuerit, ut Reſervationes Cathedralium & aliarum Eccleſiarum ac monaſteriorum faceret? f)*

§. VI.

In his rerum circumſtantiis communis & publica Eccleſiæ neceſſitas poſtulabat, ut pro

 in-

e) Tom. 2. Operum edit. per ELIAM DUPIN pag 174.

f) Conf. PETRI DE ALLIACO Tractat. de Reform. Eccleſ in Concil. Conſtant oblatus Tom 2 Cap. 2. Pag 906. nec non præcedens Opuſcul de Difficultate Reformat. ad GERSONIUM Pag. 867 in edit. operum GERSONII per Dupin.

ſtauranda Diſciplina Eccleſiaſtica in capite & membris ſuam Epiſcopi operam adhiberent. Quapropter ipſemet GREGORIUS XII. & Cardinales Anno MCCCCIX. in Comitiis Francofordienſibus Imperatorem ſupplices rogarunt, ut pro incumbente ſibi advocatia Imperiali ſeſe interponeret. Celebratum itaque fuit eodem adhuc anno Concilium Piſis, in quo vel maxime urgebant Patres Seſſ. XVI. g), qua ratione tot gravamina Nationum & Curiæ Romanæ abuſus reſtringerentur h). His quoque Patrum & Nationum votis ſatisfacere cupiebat neo-electus Pontifex ALEXANDER V., & in Seſſ. XXII. & XXIII. medelam ferre intendebat. Aſt nullo cum ſucceſſu; cum enim RUPERTUS *Palatinus* Imperator GREGORIUM XII. in dignitate Pontificia conſervare ſtuderet, novus autem Pontifex eligeretur a Cardinalibus; factum eſt, ut nova fieret ſciſſio, dum neo electus hic Pontifex ab Imperatore, multisque aliis in hac qualitate nequaquam agnoſcebatur. Quare ſaluberrimum hoc Reformationis initium hac vice ſperato caruit ſucceſſu, atque ad proximam Concilii celebrationem opportebat differri. i)

§. VII.

g) Conf. HARDUIN. Tom. VIII. Concil. pag. 87.

h) Exhibentur apud VAN DER HARDT Tom. I. a pag. 151. - 156.

i) Conf. Hiſtoria Conc. Piſani, quam edidit L'ENFANT. Acta illius refert DACHERIUS in Spicil. Tom. 6. & HARDUIN. Tom. 8. Concil. Add. RAYNALD. ad An. MCCCCIV. & MCCCCIX.

Digitized by Google

§. VII.

I. Concilium generale *Conſtantiæ* celebrandum indicit JOANNES XXII. Anno MCCCCXIV., in quo magnum hoc Diſciplinæ Eccleſiaſticæ negotium conficiendum fore ſperabatur. Summo ſtudio ac fervore hæc res a Patribus & Nationum deputatis urgebatur, inter quos præcipui erant JOANNES GERSONIUS, PETRUS DE ALLIACO, & NICOLAUS DE CLEMANGIIS, qui recenſitis abuſibus remedia contra eosdem enucleantes ſanctionem Concilii generalem implorabant *k*). Inter alias & ſua, quæ habebat, gravamina propoſuit Natio Germanica XVIII. Articulis comprehenſa *l*), quorum brevem ſynopſin ob inſignem illius in ſequentibus Paragraphis uſum exhibere juvabit. Articulus I. agit *de numero, qualitate & natione DD. Cardinalium*; ubi Natio noſtra nonniſi XVIII., vel XXIV. impoſterum creandos poſtulabat, qui ſint docti, prudentes & virtuoſi, & *ex omnibus Nationibus* eligendi. Art. II. IV. & V. *de Reſervationibus Sedis Apoſtolicæ, de Collationibus beneficiorum, Gratiis exſpectativis, & Confirmationibus Electionum*: illas Reſervationes tantum Papæ relinquendas, quæ in Jure Canonico ſunt expreſſæ: Ordinariorum, Eccleſiæ Patronorum

 Ju-

k) Vid. Aviſamenta in Reformat. & Decret. Reformat. pro Concil. Conſtant. in VAN DER HARDT Actis Concilii Conſtant. Tom. I. part. 4.

l) Apud eundem loc. cit. pag. 999.

Jura in vocandis & conſtituendis Perſonis Eccleſiaſticis ſalva fore ſervanda ; Reſervationes vero Papales in Regulis Cancellariæ ſtabilitas repudiandas. Art. III. & XVI. *de Annatis , communibus ſervitiis & minutis , de Proviſione Papæ & Cardinalium* ; Annatæ quouſque ſint indulgendæ , & minuta Servitia quæ Curialibus Papæ concedenda , communia Servitia quandonam ſolvenda. Art. VI. *de Cauſis in Romana Curia tractandis , vel non.* Cauſas civiles ad Curiam Romanam non eſſe trahendas : quæ cauſæ pecuniariæ ad hanc non ſpectent, cauſas matrimoniales, niſi raras , ad Romanam Curiam non pertinere. Art. VII. *de Appellationibus ad Curiam Romanam* ; has appellationes eſſe reſtringendas Art. VIII. *de Officiis Cancellariæ & Pœnitentiariæ* ; lites in Curia Rom. eſſe abbreviandas , de Confeſſionalibus non indiſtincte multiplicandis, & caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis in Epiſcopos transferendis. Art. IX. *de Exemptionibus, & Incorporationibus tempore ſchiſmatis factis* ; exemptiones tempore ſchiſmatis ante Concilium Conſtantienſe indultas omnino revocandas , neque novas facile admittendas; Uniones Eccleſiarum ex ſimoniæ ſtudio, ambitione conceſſas tollendas; damna demum ex frequentibus Eccleſiarum incorporationibus orta enumerat. Art. X. *de Commendis reſtringendis.* Art. XI. *de Fructibus medii temporis, & iisdem ex vacante beneficio pro uſu Ec-*

Eccleſiæ reſervandis. Art. XII. *de non alienandis & diſſipandis bonis Romanæ Eccleſiæ.* Art. XIII. *quod propter hæreſin, Simoniam, & quodlibet notorium crimen grave Papa poſſit deponi.* Art. XIV. *de ſimoniæ extirpatione, & ejusdem medelis.* Art. XV. Improbantur *Diſpenſationes ſuper incompatibilibus, ſuper defectu ætatis & natalium.* Art. XVII. de indulgentiis exorbitanter conceſſis penitus revocandis. Art. XVIII. de Decimis impoſterum non imponendis

II. Licet Natio Germanica Seſſ. XXXVIII. contra electionem Papæ reformationi præmittendam ſolemniter proteſtaretur *m*); hoc tamen efficere haud potuit, quominus ad eandem properarent reliqui Patres *n*), quo factum eſt, ut nonniſi quædam reformationis capita fuerint promulgata *o*); per Concordata autem Nationis Germanicæ cum Martino V. inita, quædam pariter tantum

S 4 gra-

m) Hanc proteſtationem ſtylo ſatis acerbo conceptam refert Harduinus Tom. 8. Concil. pag. 852. ex Manuſcripto *Berolinenſi*; hinc eandem valde ſuſpectam dicit idem Author l. c.; ex præcedenti tamen Nationis *Italicæ*, *Gallicæ*, & *Hiſpanicæ* proteſtatione adverſus *Germanicam* non obſcurè liquet, Nationem noſtram paulo vehementius deſuper fuiſſe commotam, *apud eundem loc. cit. pag.* 847.

n) Vid. Gobelinus (Decanus Bielefeldenſis) vulgo Persona dictus in Coſmod. Aetat. 6. Cap. 96. apud Maimbom Tom. 3. Rerum German. pag. 344.

o) Seſſ. 43. Anno MCCCCVIII. in Harduin. Tom. 873.

gravamina, ſed ad quinquennium duntaxat, remedium ſuum invenerint *p*); qui vero adhuc ſupererant abuſus, in Concilio Papiæ proxime congregando abolendi reſervabantur. Qinquennio hoc ad exitum vergente aperiebatur quidem Concilium, ſed propter peſtem ad civitatem Senarum mox fuit translatum, ubi & Diſciplinæ reformandæ negotium iterato aſſumptum; verum ob varia impedimenta *q*) ad Concilium aliud Baſileæ celebrandum remittebatur *r*).

§. VIII.

I. Indictionem Concilii Baſileenſis a MARTINO V. factam ad Senenſe Concilium continuandum confirmavit Succeſſor EUGENIUS IV. anno MCCCCXXXI., eidem nomine Romani Pontificis præſidendi Legato ſuo *Cardinali* JULIANO facultatem conceſſit *s*). Præparatos jam in Concilio Conſtantienſi reformationis Articulos ad effectum perducere ſibi præfixerant Patres, hinc per XXIV. Seſſiones,

p) Vid. apud VAN DER HARDT Tom. 1. pag. 1055. HARDUIN Tom. 8. pag. 888. & Collect. Receſſ. Imp. noviſſ. p. 1. pag. 111.

q) Conf. THOM. GREBNER Compend. Hiſt. univ. Tom. 3 pag. 713.

r) Conf. Bulla MARTINI V. apud RAYNALD ad Ann. MCCCCXXIX. n. 5.

s) Vid. HARDUIN. l. c. pag. 1112. & 1590. RAYNALD ad An. MCCCCXXXI. num. 17. ad An. MCCCCXXXII. & MCCCCXXXIII. n. 8.

nes, per quas citra omne dubium pro œcumenico & legitimo cenſeri debet *t*), varia ad tollendos diſciplinæ abuſus Decreta provide ſancivit *u*). Præ reliquis Speciali attentione notari merentur, quæ cum ſtatu publico Hierarchico, & prædictis gravaminibus intimam habent connexionem. (1) Decretum Seſſ. I. *Frequens*, in quo diligentior Conciliorum generalium celebratio, & major eorundem reverentia Sedi Apoſtolicæ commendatur. (2) Decretum Seſſ. XII. *ſicut in conſtruenda*, ubi libera Capitulis Electio vindicatur, omnes reſervationes (exceptis illis in Corpore Juris clauſis) abolentur, & ſummo Pontifici quævis attentio adverſus liberas Electiones interdicitur, *niſi magna, rationabilis ac evidens cauſa, in Literis Apoſtolicis nominatim exprimenda*, contrarium forte poſtulaverit; Metropolitanis tamen confirmatio & conſecratio relinquitur; quorſum etiam ſpectat Decretum Seſſ. XXIII. *Licet dudum*, quo mox dicta Clauſula anguſtioribus adhuc limitibus circumſcribitur, & neceſſitas remittendi ad idem Capitulum pro nova electione perficienda neceſſitas injungitur. (3) Decretum Seſſ. XV. *Pridem hæc S. Synodus*, vi cujus annua Synodorum Diœceſanarum, Conciliorum vero Provincialium ſingulis ſaltem trienniis celebratio ſtatuitur. (4) Decretum Seſſ. XX. 4tum:

t) Conf. RAYNALD. ad Ann. MCCCCXLVI. & BELLARMINUS L. 3. de Eccleſ. milit. Cap. 16. ad 6.

u) Vid. apud HARDUIN. Tom. 8. Concil.

Ut lites appellationes concernit, ut eædem a ſententia definitiva tantum, vel definitivæ vim habente, nec tamen immediate ad Romanam Curiam, ſed ſervato medio, admittantur; quoad exemptos autem Epiſcopos, ſicut in caſu ultimæ appellationis quoad alios ſuffraganeos, commiſſiones vel delegationes in partibus decernantur. (5) Decretum Seſſ. XXI. *In nomine Spiritus S.* omnes Annatas abrogat. (6) Decretum Seſſ. XXIII. *Et quia multiplices*, omnes Reſervationes, ſive per Extravagantes *ad Regimen* & *Execrabilis*, ſive per Regulas Cancellariæ, & alias Conſtitutiones Apoſtolicas (exceptis iis, quæ ſunt Juris communis) omnino ſuſtulit.

II. In Seſſ. XXV. anno *MCCCCXXXVII*, deliberatum fuit de loco celebrandi cum Græcis Concilii, & acriter idcirco diſceptatum. Rejecta urbe Avenionenſi confirmavit Eugenius IV. Decretum de Synodo Florentiæ, vel Utini congreganda ex placito Græcorum; verum hoc Decretum Patres Concilii Baſileenſis Seſſ. XXVI. pariter rejecerunt; quin imo eo uſque progreſſi ſunt, ut anno *MCCCCXXXVIII*, in Seſſ. XXXI. Eugenium Pontificem ex capite contumaciæ ab omni Pontificatus adminiſtratione ſuſpenderent, & Seſſ. XXXIX. ad electionem novi Pontificis procedere non dubitarent *x*).

IX.

x) Vid. Harduin. Tom. 8. Conc. pag. 1278.

§. IX.

Hac ratione novum in Eccleſia ſchiſma revixit, paci ac tranquillitati tum Eccleſiæ, tum Imperii ſumme periculoſum. Sequioribus itaque malis obviam ituri S. R. I. Electores, prævia matura deliberatione neutralitatem quandam inter diſſidia Papæ & Concilii ineunt *y*); qua pendente per ſex menſes ſe deliberaturos dicunt, utrum EUGENIO IV. Pontifici, an vero S. Concilio Baſileenſi adherendum eſſe expediret *z*). Hanc deinceps neutralitatem renovarunt *a*); verum hæc neutralitas pro ſex tantum menſibus concluſa, ultra ſex annos protracta fuit, quibus ipſi nec Romana, nec Baſileenſia Decreta reſpexerunt, ſolis de Natione Prælatis Eccleſiam Germanicam regentibus, ideoque ab EUGENIO IV. æque ac Baſileenſibus ſummopere reprobata *b*). Cauſa tamen fuit hæc Germanorum neutralitas, ut FELICI Antipapæ a multis non obediretur; cum Germani illum non ſuſciperent, & EUGENIUM IV. non negarent *c*).

§. X.

y) Vid. MüLLERI Theat. Comit. Tom. 1. Cap. 4. pag. 30. & GUDENJ Cod. Diplom. Mogunt. Tom. 4. pag. 232.

z) GOLDAST. Polit. Imp. P. 8. pag. 214. & GUDENI Cod. Diplom. Tom. 4. pag. 235.

a) MüLLER l. c. pag. 48. & GUDENUS l. c. p. 249.

b) Hanc Germanorum neutralitatem politice excogitatam ait AUGUSTINVS PATRICIUS Canon. Senen. in Hiſt. Concil. Baſileenſis, Florentini, &c. inſerta HARDUINI Tom. 9. Concil. pag. 1146.

c) Sunt ipſiſſima verba cit. Authoris.

Digitized by Google

§. X.

Neutralitas hæc Germanorum nequaquam tamen efficere potuit, ut Baſileenſes idcirco ad mitiora capeſſenda flecterentur. Nova enim potius & varia adverſus EUGENIUM IV., & ipſius Curiam, præcipue vero ad tollenda Germaniæ gravamina decreta conficiunt *d)*, ut hac ratione ſcilicet pellicerentur Germani, eoque facilius ad ſuas partes tranſirent. Verum propterea a ſtipulata neutralitate ſe dimoveri neutiquam patiebantur. Perſpexere tamen, per hoc commune bonum Eccleſiæ nullatenus fore negligendum, quin potius ob utilitatem & neceſſitatem decreta diſciplinæ reformatoria cum certis quibusdam modificationibus recipi opportere. Hinc Anno MCCCCXXXIX. ſub ALBERTO II. Romanorum Rege Moguntiæ in Conclavi Capitula Eccleſiæ Cathedralis publicum acceptationis inſtrumentum *e)*, cum nonnullis ta-

d) Huc ſpectant præcipue (1) Decretum Seſſ. 31. *Eccleſiaſticæ ſolicitudinis* de Appellationibus. (2) Decretum 2dum ejusdem Seſſ. 31. *Placuit divinæ pietati*, de collationibus beneficiorum & ſublatis exſpectativis. (3) Decretum Seſſ 33. *Sicut una eſt Chriſti Eccleſia* de poteſtate Concilii generalis ſupra Papam.

e) Acceptabant ALBERTUS Rex pro ſe & tota Germania, cunctisque ſuis Principibus, & ſubditis eccleſiaſticis & ſæcularibus, cujuscunque ſtatus, gradus, conditionis & præeminentiæ fuerint; *Moguntinus* pro ſe ac Eccleſia, & cunctis Comprovincialibus & Clero; nec non pro *Marchione Brandenburgico*, cujus Procuratorem egit.

tamen moderationibus *f*), erigebatur g).

§. XI.

I. Iteratam Electorum unionem Franco-furti habitam anno MCCCCXLVI. promoverunt novi tumultus ex depoſitione duorum Archiepiſcoporum *Trevirenſis* & *Colonienſis* per Eugenium IV. facta reſuſcitati anno MCCCCXLV.; eoquod exceſſis neutralitatis ſuæ finibus adhærerent Felici V. Antipapæ, & tanquam acriores Baſileenſium defen-

Trevirenſis pro ſe, ac Eccleſia Trevirenſi & Clero ſuis; *Colonienſis* pro ſe ac Eccleſia ſua; *Salisburgenſis*, *Magdeburgenſis*, & *Bremenſis*, etiam pro ſuis Provinciis ac Suffraganeis; *Ambaſciatores* & *Procuratores* pro ſuis Dominis ac Eccleſiis, Provinciis & Clero, ſuis. Verba autem acceptationis hæc ſunt: *Decreta S. Baſileenſis Concilii acceptamus cum omni honore, reverentia, & devotione, qua decet.*

f) Quas pro exigentia territoriorum faciendas ſibi reſervarunt: *ſalvis in quibusdam ex eis declarationibus, modificationibus, & limitationibus noſtræ Germanicæ Nationi, ac cuilibet noſtrum ſingulariter in ſuis Provinciis, Diœceſibus ſeu territoriis congruentibus & accommodis factis & fiendis, ſuis, loco, & tempore opportunis, exprimendis ac per Concilium decretandis.*

g) Qua ratione id factum ſit, exponit equidem Rainaldus ad Annum MCCCCXXXIX. n. 19. & Fleury Tom. 22. Hiſt. Eccleſ. ad hunc Ann. n. 51. & ſeq.; ipſum vero Inſtrumentum acceptationis integrum exhibet Cl. Author Concordat. Nationis German. integ. Tom. 1 pag. 38.

ſenſores ſe exhiberent *b*). In hac unione declararunt Principes, ſe EUGENIO IV. ſub certis conditionibus, ipſo vero nolente Concilio Baſileenſi acceſſuros; ſi (1) Papa Bullis confirmaret Decreta Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis de authoritate Conciliorum œcumenicorum. (2) Concilium in Germania mox convocandum promitteret. (3) Decreta Concilii Baſileenſis, prout Moguntiæ anno MCCCCXXXIX. fuerunt acceptata, ratificaret & approbaret. (4) Contra innovationes tempore neutralitatis factas, & *Gravamina* Nationis Germanicæ proſpiceret *i*). Legationem itaque deſtinarunt S. R. I. Electores ad EUGENIUM Pontificem *k*); & quamvis huic unioni non accederet FRIDERICUS III. Imperator *l*), Legatum tamen miſit ſuum AENEAM SYLVIUM, qui ſuaderet Pontifici, ne Principes Electores contemneret, maxime vero, ut depoſitis Archiepiſcopis priſtinam redderet dignitatem; ſic enim

b) Vid. Illuſt. HONTHEMII Hiſt. Diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 396. & 406. MÜLLER Theat. Comit. Part. 1. pag. 277.

i) Intelliguntur hic Aviſamenta tempore Concilii Baſileenſis ab Electoribus Imperii Anno MCCCCXL. Moguntiæ in publico Conventu concepta, apud MÜLLER loc. cit. pag. 52.

k) Vid. MÜLLER l. c. pag. 340.

l) Procul dubio ab hac unione illum retinuit AENEAS SYLVIUS, qui in Hiſt. Europ. Cap. 42 de Principum Poſtulatis ſic ait: *Poſtulabant autem res prorſus negandas.*

Digitized by Google

enim futurum, ut Germani omnes, depoſita neutralitate, ad ejus gremium redirent: quod ſi durior in ſententia perſeveraret, timendum eſſe, ne ſcandalum perpetuæ diviſionis oriretur *m*).

II. Per id effecit tandem imperator, ut ad petitionem Legatorum Electoralium Nuncios ſuos ad diætam *Francofordienſem* 1. Sept. habendam ſe miſſurum promitteret Pontifex, ut ibi prævia informatione & deliberatione concluderetur, quod poſſibile foret. In frequentiſſimo hoc Legationis Cæſareæ & Principum Conventu *n*) res Papæ ſub initium non videbatur ſuccedere, quoniam oratores Principum retulerant, ſe Romæ a Pontifice aſperius fuiſſe exceptos *o*). Verum AENEAE SYLVII dexteritas per majoritatem votorum mitiorem & Papæ magis honorificam petitorum Nationis formulam procuravit *p*). Poſt Concordata hæc præliminariter

m) Conf. GOBELINUS L. 1. Comment: de rebus PII II., cujus erat Secretarius.

n) Acta hujus Conventus pluribus deſcribit COCHLAEUS in Hiſt. Huſſit. L. 9.

o) Vid. ANONYMI Obſervationes Hiſt. jurid. in Concord. Nationis German. edit. in 4, pag. 21. circa finem.

p) Quemadmodum eandem ex Oratione Legati Cæſarei AENEAE SYLVII habemus. Primum Germania petiit: *ut generale Concilium in tempore, locoque deſignando convocetur*: alterum: *ut profeſſio poteſtatis, authoritatis, & praeminentia generalium Con-*

nariter concluſa decreta ibidem extitit nova ad EUGENIUM IV. Legatio obedientiæ, quam S. Pontifex gaudens excepit; & poſtquam ſibi promiſſio de recompenſatione quadam obtinenda facta fuerat, Legatis ſibi morbo decumbenti filialem reverentiam ac obedientiam ſpondentibus, quatuor Bullas *q*) præliminaria Concordata Principum confirmantes, propria manu extradebat, exultante feſtivis ignibus, aliisque lætitiis Roma *r*). Sic ergo Concordata Principum Francofurti cepta, Romæ conſummabantur.

§. XII.

ciliorum, Catholicam militantem Eccleſiam repræſentantium, per Oratores EUGENII *facta, literis ejus approbetur*; tertium: *ut Nationis Germanicæ ſuper ſuis Gravaminibus opportune provideatur*: quartum: *ut, quæ in præjudicium duorum Principum Electorum, Trevirenſis & Colonienſis acta ſunt, revocentur*. His præclare ſubjunxit AENEAS SYLVIUS: In prima *petitione communis verſatur utilitas*, in ſecunda *tua humilitas*, in tertia *æquitas*, in quarta *benignitas*, *& tua deſideratur humanitas*.

q) Quarum prima incipit: *Ad ea, quæ ad reductionem*, & agit de reſtitutione Archiepiſcoporum *Trevirenſis*, & *Colonienſis*. Altera: *Ad ea ex debito*, de celebratione novi Concilii. Tertia: *Ad tranquillitatem*, de conceſſione Decretorum Baſileenſium uſque ad aliud Concordatum vel Concilium futurum: Quarta: *Inter cætera deſideria*, de diverſis indultis ac conceſſionibus FRIDERICO III. & Principibus Germaniæ datis, qui depoſita neutralitate obedientiam præſtiterunt. Extant in Concordat. Nat. German. integ. ſupra cit. Tom. I. pag. 135.

r) Vid. eadem l. c. pag. 20.

§. XII.

Prædictæ quatuor Bullæ una cum Inſtrumento acceptationis Decretorum Baſileenſium *Moguntiæ* MCCCCXXXIX. confecto hodie conſtituunt proprie ſic dicta Concordata Principum; ex quibus ſingularia Germaniæ noſtræ Jura derivare opportet, ſicut bene advertit GREG. ZALLWEIN *s*); a plerisque vero Canoniſtis hactenus fuiſſe neglecta merito conqueritur Cl. NELLER *t*). Bullam equidem ſalvatoriam de non præjudicando eadem adhuc die edidit Pontifex *u*), quod propter ægritudinem non omnia cum ea integritate judicii & conſilii examinare & ponderare valuerit, quam rerum magnitudo & gravitas exigebat. *Non intendimus*, ait, *in aliquo derogare Doctrinæ SS. Patrum, aut præfatæ Sedis privilegiis & authoritati, habentes pro non reſponſis, & non conceſſis, quæcunque talia a nobis contigerit emanaſſe.* Verum hæc proteſtatio nihil omnino in rei veritate operatur adverſus

s) In Principiis Juris Eccleſ. German. Tom. 2. pag. 310.

t) In Diſſertatione de certis S. Concilii Baſileenſis Decretis maxime hierarchicis, a Germania & Gallia Anno MCCCCXXXVIII. & MCCCCXXXIX. acceptatis, Germaniæ ab EUGENIO IV. S. P. ſpecialiter indultis, per harum Nationum cum S. Sede Concordata Anno MCCCCXLVIII. & MDXVI. immutatis vel non.

u) Vid. MüLLER l. c. pag. 352. & Collect. Receſſ. Imp. P. I. pag. 78.

ſus ea, quæ tanquam ad ſolam Politiam & Diſciplinam verſatilem ſpectantia circa Electiones, Collationes beneficiorum, Annatas, Appellationes ab eodem conceſſa fuerant. In his enim Decreta Baſileenſia ad primævum Eccleſiæ ſtatum, ad antiquam, Ss. Patrum doctrinam & Diſciplinam priſtinam propius acceſſiſſe, ex præmiſſis in propatulo eſt. De cætero non omnia, quæ jactitantur, privilegia & authoritates S. Sedis, ſunt Juris divini & inabdicabilis, prout indies apertis oculis a Germanis conſpicitur *x*). Quidquid vero adhuc dubii ſupereſſe potuerat, id omne ſuſtulit ſuccedens in Pontificatu NICOLAUS V., qui mox Concordata hæc Principum denuo ratificavit *y*); imo & per ac poſt Concordata Aſchaffenburgenſia, ſicut Bulla de An. MCCCCXLIX. oſtendit *z*), eadem iterato confirmavit.

§. XIII.

Per Concordata hæc Principum Natio Germanica obtinuit, quæ in Gravaminum ſuorum qualecunque levamen ſibi concedenda expetiit. Supererat nunc, ut ſtipulata Ro-

x) Conf. NELLERI Diſſert. cit. Cap. 1. §. 10.

y) RAINALDUS ad Annum MCCCCXLVII. num. 17. MÜLLER l. c. pag. 355. & 357. GUDENUS in Cod. Diplom. Mogunt. Tom. 4. pag. 304.

z) RAYNALDUS ad Annum MCCCCXLVIII. n. 3. ubi Stylum Cancellariæ obſervare juvat.

Romanæ Curiæ recompenſatio *a*) pariter ſtabiliretur. Miſſus eſt itaque vi prædictæ *Bullæ tertiæ* ad Diætam Aſchaffenburgenſem Legatus Pontificius, quam FRIDERICUS III. indixerat. In hac pro retinendis & dimittendis Decretis Baſileenſibus certatum *b*); poſt multas demum concertationes die XVII. Feb. MCCCCXLVIII. adnitente potiſſimum AENEA SYLVIO, poſthabito plurium Statuum conſenſu *c*) inita ſunt altera Concordata *d*), quæ Nationi Germanicæ minus erant favorabilia, in Curiam vero Romanam admodum prodiga *e*); in multis enim Decretis Baſileenſibus hinc illic detractum, ita tamen, ut reliqua ſpeciatim non immutata vel correcta in pleniſſimo vigore conſervarentur, quod ipſum diſerte eloquitur Bulla NICOLAI V. circa finem: *In aliis autem, quæ per felicis recordationis* EUGENIUM *Papam IV. pro dicta Natione*, USQUE AD TEMPUS FUTURI CONCILII *permiſſa*, con-

T 2

a) Hanc vel maxime urgebat EUGENIUS IV., ut patet ex Literis credent. Legatorum ad Diætam Francof. ablegatorum. Conf. NELLERI cit. Diſſert. Cap. 1. §. 8.

b) Vid. AENEAE SYLVII Apologia ad MARTINUM MAYERUM Cancellarium Mogunt. in mox cit. Diſſert. §. 14.

c) Conf. MÜLLER Theatrum Comit. FRIDERICI V.

d) In SCHMAUSII Corp. Juris Publ. German. pag. 47. Conf. Obſervat. hiſtor. jurid. in Concord. German. Obſerv. 19. pag. 39.

e) Vid. J GEORG. SCHLOER Diſſertatio ad Concordata Germaniæ Cap. 1. §. 6.

conceſſa, indulta & decreta, ac per nos confirmata fuerunt, in quantum illa concordiæ præſenti non obviant, iſta vice nihil volumus eſſe immutatum. Quod ergo circa Decreta Baſileenſia, prout ipſa a Germanis ſunt acceptata, Anno MCCCCXLVIII. aliter fuit concordatum, hoc ſervatur juxta poſteriorem hanc Nicolai V. Bullam Concordati Aſchaffenburgenſis acceptatoriam & ratificatoriam. Quod vero aliter concordatum non fuit, eadem teſte ſalvum, confirmatumque remanſit, donec in futuro Concilio ulterius ordinabitur. Duo quippe ſolummodo erant, quæ receptis Decretis derogare potuiſſent: *Concordata* ſcilicet, & *Concilium*; quibus itaque nec Concilium, nec Concordata derogarunt, quid obſtabit, quo minus & ipſa hodiedum firmata perſiſtant?

§. XIV.

His præmiſſis jam demum intelligitur, Decreta Concilii Baſileenſis, in quantum a Natione Germanica fuerant acceptata, nec per Concordata cum Nicolao V. Anno *MCCCCXLVIII.* variata, veram Concordatorum partem conſtituere, quæ ſine dubio & hodiedum, ſaltem potiſſima ex parte ſuum poſſunt habere uſum *f*). Porro juxta verſ.: *In aliis autem*, mox cit. proprie dicta Concordata non ſolum in illa Transactione Aſchaffenburgenſi *MCCCCXLVIII.*, ſed præcipue in con-

f) Conf. Neller Diſſert. cit, Cap. 1. §. 15.

conceſſis ſibi ab Eugenio IV., & Nicolao V. confirmatis Decretis Baſileenſibus conſiſtunt. Hinc ulterius patet, Decreta Baſileenſia Nationi adſecurata tanquam pro regula communi, Jura econtra Romanæ Curiæ viciſſim a Natione remiſſa pro exceptione ab hac regula debere conſiderari; ita, ut ſtabilita in his Decretis contra omnes Reſervationes Papales ſacrarum Electionum libertas, collatio beneficiorum, abrogatio Annatarum, & exactionum &c. &c. communem regulam efficiant, atque fundatam pro ſe intentionem habeant; Reſervationes vero in favorem Curiæ Romanæ ad tempus duntaxat indultæ, Annatæ &c. &c. exceptionem faciant, ſtrictiſſimæque ſint interpretationis, & ultra claram literam Concordatorum nullatenus extendi poſſint, quin potius eandem ipſam menti paciſcentium, qui modificationem intenderunt, accommodari opporteat.

§. XV.

I. Concordatis Aſchaffenburgenſibus adjiciebatur Clauſula ſalvatoria: *niſi in futuro Concilio de conſenſu Nationis aliter fuerit ordinatum*; vi cujus Nationi Germanicæ integrum remanſit, diverſam diſpoſitionem a Concilio proxime celebrando g) exſpectare. Satis propter-

g) Quod propter abolenda reliqua adhuc Germaniæ Gravamina intra X. menſes habendum fore promiſerat Eugenius IV. per Bullam; *Ad ea*

pterea ſibi proſpectum fuiſſe exiſtimabat Natio Germanica, quod onera per Concordata ſibi ſuperimpoſita in Concilio mox celebrando poſſet abjicere. Verum non ſolum menſes præfiniti, ſed & plures anni erant elapſi, quin de Concilio in Germania convocando tantum cogitaretur. Unde contra intentionem ipſius Imperatoris & paucorum aſſentientium ea, quæ tantum uſque ad hoc determinatum Concilii celebrandi tempus fuerant indulta, perpetua reddebantur. Querelæ ergo iterato exortæ ſunt, & antiqua Gravamina novioribus potius multiplicabantur, quorum memorabilem admodum recenſum exhibet WALCHIUS *b*); ubi poſt enumeratas Nationis querelas concluditur: *Certe ſi Domnus Apoſtolicus & ſua Curia ſe reformaret, vel per Concilium Generale fieret reformatio generalis, facile membrum Eccleſiæ unumquodque in ſuo ſtatu reformaretur. Neceſſarium ergo, & optimum videtur, ut fiat Concilium generale per Papam, prout juravit ſe velle tenere.* Mortuo NICOLAO V. Anno *MCCCCLV.* Principes perſuaſerunt Imperatori, ne Pontificibus amplius obtemperaret, niſi quædam ad Sanctionem pragmaticam tendentia ab ipſis prius impetraſſet: conquerebantur enim, Germanis longe deteriorem conditionem eſſe, quam Gallis vel Italis, quo-

ex debito, in uno de quinque locis, Conſtantia, Argentina, Moguntia, Wormatia vel Treviri.

b) In Monumentis ævi medii Vol. I. Faſc. I. pag. 101.

quorum ſervi merito dicebantur; nec procul aberat, quominus Imperator ſuadentibus obſecundaret *i*). Ipſi Electores Eccleſiaſtici *MCCCCLVII.* varios tum inter ſe, tum aliis cum Archi- & Epiſcopis Germaniæ Conventus celebrabant, atque de Conſtitutione pragmatica in Imperio condenda meditabantur.

II. Notatu digna eſt Epiſtola Mayeri *Cancellarii Moguntini* ad neo-electum Cardinalem Aeneam Sylvium *k*): *Illud mihi moleſtum, quod in ea tempora incidiſti, quæ Sedem Apoſtolicam afflictura videntur: nam Domino meo Archiepiſcopo frequentes afferuntur de Romano Pontifice querelæ, qui neque Conſtantienſis, neque Baſileenſis Concilii Decreta cuſtodit, neque ſe Pactionibus Anteceſſoris ſui teneri arbitratur, Nationemque noſtram contemnere & prorſus exhaurire videtur. Conſtat enim, Electiones Prælatorum paſſim rejici, beneficia, dignitatesque cujusvis qualitatis & Cardinalibus & Protonotariis reſervari; & tu quidem ad tres provincias Teutonici nominis ſub ea formula reſervationem impetraſti, quæ hactenus inſolita eſt, & inaudita. Exſpectativæ enim gratiæ ſine numero conceduntur. Annatæ ſive medii fructus absque ulla di-*

i) Conf. Platina de Vit. Pontif. in Pio II. pag. 296. & Gobelin. in Comment. de Geſtis Pii II. L. 1. pag. 25.

k) Vid hæc Epiſt. in Jac. Frid. Georgi Tractatu de Gravaminibus Nationis Germanicæ adverſus Sedem Romanam L. 1. Cap. 6. §. 7. & in ipſius Aeneae Sylvii Opere de Moribus German. pag. 1035.

dilatione temporis exiguntur, & plus etiam, quam debeatur, extorqueri palam eſt: Eccleſiarum regimina non magis merenti, ſed plus offerenti committuntur; ad corradendas pecunias notæ indulgentiæ in dies conceduntur. Decimarum exactiones inconſultis Prælatis noſtris Turcarum cauſa fieri jubentur: Cauſæ, quæ tractandæ terminandæque in his partibus fuerant, ad Apoſtolicum Tribunal indiſtincte trahuntur: excogitantur mille modi, quibus Romana Sedes aurum ex nobis, tanquam ex barbaris ſubtili extrahat ingenio. Ob quas res Natio noſtra, quondam inclyta, quæ ſua virtute ſuoque ſanguine Romanum Imperium coëmit, fuitque mundi Domina ac Regina, nunc ad inopiam redacta, ancilla & tributaria facta, & in ſquallore jacens ſuam fortunam, ſuam pauperiem multos jam annos mæret: nunc vero quaſi è ſomno excitati Optimates noſtri, quibus remediis huic calamitati obviam pergant, cogitare cœperunt, jugumque prorſus excutere, & ſe in priſtinam vindicare libertatem decreverunt. Paucis ab hac Epiſtola diebus convenerunt Legati Electorum, *Moguntinus*, *Colonienſis*, *Saxonicus* & *Brandenburgicus*, nec non Archiepiſcopales, *Salisburgenſis*, & *Bremenſis*, Deputati inſuper Eccleſiarum Metropolitanarum *Magdeburgenſis*, *Trevirenſis* & *Colonienſis*, & Aviſamenta quædam de abrogatione Gravaminum Nationis compilarunt. Concluſum quoque fuit: ſe in Conventu *Norimbergenſi* mox ſequenti deliberaturos *l*): utrum magis expediat pro ho-

l) Vid. Collect. Receſſ. Imp. P. 1. pag. 189. Conf.

honore Principum & Nationis, Decreta Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis ſimpliciter admittere, ſive qua via Germaniæ conſuli queat *m*). Hiſce querelis reſpondere conatus eſt Aeneas Sylvius *n*); aſt contra eundem inſurrexit celebris hoc ævo Scriptor Jac. Wimpheling *o*).

§. XVI.

Verum quouſque Fridericus III. in vivis erat ſuperſtes *p*), omnes iſti conatus Principum in vanum cecidêre. Aulicismi enim verſatiſſimus Aeneas Sylvius, poſtquam Cæſaris & Romanæ Curiæ emolumentum dexterrime interſe copulaſſet *q*); integrum hoc negotium in nihilum detorquere ſtuduit *r*): quemadmo-

Franckii Epiſt. de Gravaminibus Nationis Germanicæ Norimbergenſibus.

m) Qua ratione id perficere conati ſint Principes, vid. in Concord. integ. Tom. 3. pag. 167.

n) In ſuo Opuſc. de Ritu, Situ, Moribus & Conditione Germaniæ

o) In Replica de Gravamin. Nat. German. & l. p. contra Sedem Romanam, adverſus Aeneam Sylvium apud Freher. Tom. 2. Script. Rerum Germanic. pag. 381.; cujus alia præclara Opera recenſet Thom. Grebner in Compend. Hiſt. Univ. Tom. 3. ejusque Hiſtoria literaria pag. 666.

p) Conf. Estor Freyheit der deutſchen Kirchen pag. 360. §. 409.

q) Conf. Concord. integ. Tom. 3. pag. 168.

r) Vid. Epiſt. in Raynald. ad Annum MCCCCLVII. & Aeneae Sylvii ad Cancell. Mogunt. Tractat. de Moribus Germanorum.

modum & poſtea clarius manifeſtabat, quod ſtante Imperatoris acquieſcentia Romana Curia parum eſſet ſolicita, utrum aliqui, vel plures Imperii Status male contenti, & Clerus Germaniæ querelas moverent *s*). Nec deſtiterunt ideo Eccleſiaſtici, quominus jura ſua ea, qua poſſent, conſtantia adverſus injurias defenderent. Sic Præpoſiti ex Provinciis, *Moguntina*, *Trevirenſi* & *Colonienſi* de his Gravaminibus inter ſe communicaſſe leguntur *t*), & contra mandatum Collectarum unionem inierunt Anno *MCCCCLXXIII.*, ita, ut ſiquem propterea excommunicari contingeret, nec tanquam beneficio privatum vel excommunicatum vitare intenderent, aut pro privato haberent. Omnium præcipua eſt *Unio Confluentina* nomine totius Eccleſiaſticorum Status de Anno *MCCCCLXXIX*, in qua XXVI. Gravamina adverſus Curiam Romanam, eidemque offerenda concepta ſunt, quorum *primum* generaliter dicit: *quod Concordata Nationis Germanicæ, per pactum cum S. Sede Apoſtolica non ſine legitima cauſa inita, & gravibus dictæ Nationis laboribus obtenta, plurimum infringantur & violentur*; id quod per plures caſus particulares, præcipue ratione Regularum Cancellariæ, deducitur *u*). Ipſemet tandem

s) Varia hujus exempla vide in Concord. integ. l. c. §. 6.

t) Vid. Joannis Rerum Mogunt. Tom. 2. pag. 288.

u) Extant. in Georgi Gravaminibus Nationis German. L. 1. pag. 254. & Leibnizii Cod. Juris Gent. Diplomat. Tom. 1. pag. 439.

dem FRIDERICUS III. Imperator *in Comitiis Norimbergenſibus MCCCCLXXXVII.* Graviſſime conqueſtus eſt, de præjudiciis ſibi, & Imperio a Pontifice hactenus illatis. Quam ob rem Legationem ad ipſum direxit; minus tamen, quam exſpectari poterat & decebat, humaniter exceptam *x*).

§. XVII.

I. Sub MAXIMILIANO I. libertati Eccleſiarum Germaniæ magis impoſterum proſpiciendum iri videbatur. In Comitiis enim *Wormatienſibus* Anno *MCCCCXCV. y*), & mox ſequenti Receſſu *Lindavienſi MCCCCXCVII.* de tollendis Gravaminibus cum Statibus Imperii deliberatum fuit. In Comitiis *Friburgi in Brisgovia* habitis Anno *MCCCCXCVIII.* inſtructio Legatorum hæc continebat *z*): Item daß mit der Heiligkeit auch der Clauſularum Derogatoriarum wegen geredet, mit Anzeige Schadens und Beſchwerung, ſo teutſcher Nation dadurch zugefüget werden ꝛc. mit Bitte, teutſcher Nation Statuten und Privilegien der Kirchen nicht derogiren, ſondern in ihren Kräften bleiben zu laſſen. Item wie Dignitates, und Be-

x) Vid. LUNIGII Reichs-Archiv Part. gen. cont. pag. 130.

y) Vid. Neue Sammlung der Reichs-Abſchiede. Part. 2. pag. 24.

z) Conf. MÜLLER Reichs-Tags-Theatrum ſub MAX. I. P. 2. pag. 232. & LUNIGII Reichs-Archiv. l. c. pag. 213.

Digitized by Google

Beneficia teutſcher Nation Perſonen aus frem- den Landen geboren, teutſcher Zungen unkündig, auch den, ſo nach Innhalt der Kirchen- Statuten nicht gebührlich qualificirt ſeyn, geliehen werden; daß auch beſchwerlich und ungebührlich ſey, ꝛc. mit Bitte, ſolches zu überſehen, ꝛc. Item nachdem den Concordaten täglich allenthalben derogirt werde, zu ſchwerer Laſt deutſcher Nation, mit Bitte, daß die Heiligkeit verfügen ſolle, concordata zu halten, und den nit zu derogiren; angeſehen, daß ſie der Nation ſonſt zuviel nachtheilig und beſchwerlich ſeynd ꝛc., wohl zu extendiren. Item auch anderer Beſchwerung halber, ſo der teutſchen Nation von dem römiſchen Hof begegnen ꝛc.

II. In Comitiis Auguſtanis MD. Tit. 45. iterata Legatio ſequentis tonoris fuit concluſa: Item ſoll auch ein Botſchaft zu unſerm heiligen Vater dem Pabſt geſchickt werden, Se. Heiligkeit des löblichen Fürnehmens wider den Türken, und andre Anfechter der Chriſtenheit und des Reichs, des dann Se. Heiligkeit ein Verwandter ſey *a*), allhie aufgericht, zu berichten, und Se. Heiligkeit zu bitten, daß er, als der H. Vater, ſein treu Hülf und Rath mittheil, und ſonderlich, daß er die Annata der teutſchen Nation, ſo darzu ſonderlich zu geben verordnet ſind *b*), darzu geben und folgen laſſe. Item

a) Vid. Concord. integ. Tom. 3. pag. 177. ſub Lit. a.

b) Conf. Obſervat. hiſt. jurid. pag. 40.

Item dieſelb Botſchaft ſoll auch Befelch haben, mit Sr. Heiligkeit der Concordata und anderer Beſchwerung halber, ſo der teutſchen Nation vom Stuhl zu Rom mannigfaltiglich aufgelegt werden und begegnen, ernſtlich zu handlen, alles nach laut einer Inſtruction, ſo unſer verordnet Reichs = Regiment in vollkommlicher Form wohl wird wiſſen nothdürftiglich zu ſtellen. Vi hujus Regimentum Imperii Inſtructionem talem adornabat *c)*: Nachdem nun etwa viel Jahr her von Annata, ſeit der Zeit die geben, zu Widerſtand des Türken, und den Anfechtern des Heil. chriſtlichen Glaubens zu geben angeſehen, auch durch päbſtliche Indulgentz und Ablaß merklich Geld, unter Namen, daß wider die Feind Chriſti zu gebrauchen, in teutſcher Nation erlangt, und gen Rom kummen und gebracht, dadurch die Stände in dem Heil. Reich an Geld erarmt und erſchöpft; ſey der Königl. Majeſt. und des Heil. Reichs Bitt und Begehren, dieweil ſie ſich ungezweifelt verſehen, daß die päbſtliche Heiligkeit ſolches jetztberührten Gelds eine groſe Anzahl (daß nachmals zu dem, darzu es, als obſtehet, zu erlangen fürgenommen, nicht gebraucht worden) beyeinander hab, daß Se. Heiligkeit darvon Sr. Majeſtät und Heiligen Reiche jährlich eine Summa Gelds reiche, und folgen laſſe, damit ſie den obberührten Widerſtand der Heiligen Chriſtenheit zu Gut vollenden und daß ſtatlichen unterhalten und vollſtrecken

c) In MÜLLERI Theat. Comit. pag. 117.

ſtrecken mögen. So ſeyn auch von den Stånden des Heiligen Reichs allerley merkliche Klagen, damit ſie von dem Stuhl zu Rom belåſtiget werden, angezeigt: Nemlich, wie die Concordata, ſo zu Baſel zwiſchen dem Stuhl zu Rom und der teutſchen Nation aufgericht und beſchloſſen *d*), in mannigfeltig weg gebrochen, und nit gehalten, und die obberührten Annatæ merklich und jemehr gehöhet, und alſo mit ſolcher Merung gefordert und genommen, auch was Schadens und Beſchwerung deutſcher Nation durch Clauſulen Derogatorien zugefüget. . . . . ſo werden auch den Unterthanen und Verwandten des Heil. Reichs ihre Lehnſchaft an denen Beneficien, die ihnen de Jure Patronatus zuſtehen, wider Billigkeit genommen und derogirt, das beſchwerlich und unleidentlich ſey.

III. Anno MDI. nova proferebantur Gravamina adverſus Legatum Pontificium in Germania, de quo in Receſſu Regimenti Imperii *Norimbergenſi e*) dicitur: Item das Regiment und Verſammlung langt auch an, wie ſich der Legat der påbſtlichen Heiligkeit etwas weit ſeines Gewalts gebrauch, ſonderlich daß

d) Ex hoc & aliis pluribus locis ſatis elucet, Regimentum Imperii Concordata Aſchaffenburgenſia ſtudio præteriiſſe, atque de illis tantum Concordatis per Decreta Baſileenſia confirmatis voluiſſe mentionem facere, utpote quæ ab univerſo Imperio ut talia fuerunt agnita.

e) In LUNIGII Archiv. Imp. Part. ſpec. cont. pag 255.

daß ſein Würdigkeit in menſibus Ordinariorum zulaſſe und gebe, Gratias, Reſervata, auch ander mehr Proviſiones, dergleichen ad Jus Patronatus Laicorum &c. &c. Cum Julius II. Anno MDIII. Concilium aliquod generale a ſe convocandum fore promitteret; Bertholdus Archiepiſcopus Moguntinus Articulos in eodem reformandos & abolendos præparabat *f*); ex quibus patet, Concordata Germaniæ a Ss. Pontificibus vel non attenta, vel ſaltem pro lubitu violata fuiſſe. Excitati deſuper Imperii Principes MDX. perſuaſerunt Imperatori, ut exemplum Sanctionis pragmaticæ Gallorum ſequeretur, atque prævia illius informatione ſimilem pro Germania confici curaret *g*). Poſt Coocilium *Lateranenſe* (in quo demum toties repetitæ Nationis noſtræ querelæ abolendæ fuiſſent) antiqua audiebantur lamenta; & finito Concilio Romano MDXVII., in Comitiis Auguſtanis MDXVIII. non ſine ſcandalo decem Gravamina publicis Typis evulgabantur. Ex his omnibus apparet, nequaquam poſtea difficile fuiſſe Luthero & aliis, Germanorum animis jam alias exacerbatis tantos addere ſtimulos, ut deſerta Religione antiqua nova placita amplecterentur, quibus non tantum univerſa Germania, ſed & ipſius Eccleſiæ

f) Vid. in Concord. integ. Tom. 3. pag. 190.

g) Conf. Concord. integ. Tom. 3. pag. 195.

cleſiæ facies miſere fuit dilacerata, & ad hodiernum uſque diem afflicta ingemiſcit *b*).

§. XVIII.

I. Capitulationi CAROLI V. inſerebatur ſequens articulus Num. 16. Und als über und wider die Concordata Principum, auch aufgerichtete Verträg zwiſchen der Kirchen, päbſtlicher Heiligkeit oder dem Stuhl zu Rom, und teutſcher Nation, mit unſäglichen Gratien, Reſcripten, Annaten, der Stift, ſo täglich mit Mannigfaltigung und Erhöhung der Officien am römiſchen Hof, auch Reſervation, Diſpenſation und in andre Weg zu Abbruch der Stift, Geiſtlichkeit und andren gegebenen Freyheiten, darzu zum Nachtheil Juris Patronatus, und der Lehenherren, ſtetigs und ohne Unterlaß offentlich gehandelt. In comitiis deinde Wormatienſibus Anno MDXXI. Conqueſti ſunt ſtatus Eccleſiaſtici ſuper evocationibus ad Curiam, exceſſibus delegatorum Papalium, præjudiciis Juris Patronatus, exactionibus pecuniarum per Annatas, diſpenſationes, abſolutiones, indulgentias &c. &c. In mox ſequentibus Comitiis Norimbergenſibus MDXXII. Imperator ex Concilio Statuum Annatas e Germania ad Romanam Curiam diſtractas expetiit; S. Pontifex vero HADRIANUS VI. hanc petitionem alto quidem ſilentio præteriens, in mandatis tamen legato ſuo redditis

b) Vid. eadem l. c. pag. 216.

tis ad juſta & æqua omnia promptum ſe paratumque exhibuit. Hoc eodem tempore famigerata illa centum Gravamina delata ſunt ad S. Pontificem *i*), quibus procul dubio medelam tuliſſet laudatiſſimus & ingenti Religionis Zelo flagrans Pontifex, niſi præmatura morte fuiſſet abreptus. In Comitiis Auguſtanis MDXXX. anteriora gravamina in Comitiis Wormatiæ MDXXI. exhibita reaſſumebantur, & cum præſente Pontificis Legato, quæ ſpectant Romanam Curiam, tranſigi expetierunt Status. Verum æquas hasce pacis conditiones prætextu politico abalienavit, atque hac vice nihil aliud effici potuit, quam ut in Receſſu §. 132. hæc res apud Pontificem urgenda decerneretur.

§. XIX.

Capitulatio Ferdinandi II. in Articulo Gravaminum adverſus Romanam Curiam inſignes nanciſcebatur additiones, quas ſilentio, ut optaremus, præteriri ſyſtematis nexus non ſinit: Und als über und wider Concordata Principum &c. ut ſupra. Am römiſchen Hof, auch Reſervation, Diſpenſation, und ſonderlich Reſignation, an ſolche Præbenden, Prælaturen, Dignitæten und Officien, die ſonſten per obitum ad Curiam Romanam nicht de-

i) Vid. in Georgi Gravamin. Nat. German. pag. 501.

devolvirt werden, ſonder jederzeit, ungeachtet in welchem Monath ſie auch ledig oder vacirend werden, den Erz- und Biſchöffen, auch Capitulen, und andren Collatoren zu vergeben heimfallen, wie wenigers nicht per Coadjutorias Prælaturarum Electivarum & Præbendarum, oder in andre Wege, zu Abbruch der Stift, Geiſtlichkeit, und anders gegebenen Freyheit zum Nachtheil, darzu des Juris Patronatus des Lehenherren ſtetigs und ununterläßig gehandelt. ꝛc. Cum Anno MDCLXIII. projectum Capitulationis Cæſareæ perpetuæ adornandum eſſet; prædictus Articulus eidem inſerendus inter Status Imperii convenerat. *k*) Capitulatio JOSEPHI I. variis denuo additamentis illuſtrabatur, ex quo patet, novas pariter querelas fuiſſe agitatas *l*). Circa Annum MDCCIII. plurimæ Eccleſiæ, & ſic præcipue Capitulum Cathedrale Monaſterienſe ſua Gravamina expoſuerunt, quorum cauſam & ipſi Status A. C. Addicti in ſe poſtmodum ſuſcepere *m*). Paucis abſolvam; antiqua Gravamina quaſi perpetua reddebantur, & toties, quoties occaſio ſe obtulit, in ſeſſionibus præliminaribus Electionum Cæſarearum innovabantur *n*).

§. XX.

k) Conf. MOSER teutſches Staatsrecht Tom. 1. pag. 382.

l) Idem l. c. §. 54.

m) Vid. FABRI Europäiſche Staats-Kanzley Tom. 9. pag. 769.

n) Exinde quidem commotus dicitur Legatus S. Pontificis in electione CAROLI VII. Imper., ut

§. XX.

I. Quamvis Summi Pontifices ſæpius declaraverint, intentionis ſuæ nullatenus eſſe, ut vel in minimo concordatis derogaretur *o*); juſtiſſimæ tamen huic Ss. Pontificum voluntati hactenus obſtitere præjudicia Curialiſtarum. Hi quippe de juribus S. Pontificis ad ſummos apices, ultra juſtos Concordatorum limites extendendis, ampliandisque ſupra modum ſoliciti, Jura & Libertates Nationis noſtræ contra ſanas interpretationis regulas ita reſtrinxerunt, ut ſummæ gratiæ & privilegii a S. Pontifice conceſſi loco a Germanis reputari vellent, quidquid per

 Con-

ſummopere laboraret, quatenus queruloſi hujusmodi Articuli deinceps omitterentur. Verum hoc ipſo tempore contigit, ut nova de Concordatorum transgreſſione Gravamina ex Diœceſi Leodienſi ad S. R. I. Electores deferrentur, quo factum eſt, ut hic Articulus denuo renovaretur; ne ſcilicet, quæ jam a trecentis annis imminerent, eſſéntque poſthac juſte metuenda, pericula recrudeſcerent, & ſic antiqua redirent diſſidia, ac reſtaurata tantis curis concordia noviter diſſolveretur. Conf. Barthel Diſſert. 3. de Concord. Germ. Tom. 3. Opuſcul. pag. 33. Quæ vero ex Actis Imperii publicis ad hujus materiæ elucidationem forſan deſiderabuntur, continuanda promittit Cl. Author Concord. Nat. Germ. integ. Tom. 3. pag. 300.

o) Vid. Cl. Schloer Diſſert. de Concord. Germ. Cap. 1. §. 3. & Concord. integ. Tom. 1. pag. 25. ſub lit. tt.

Concordata Eccleſiis eorundem fuerat re-ſtitutum. Quod ſi vero in ipſos fontes penitius inquiramus, is præprimis illorum nævus ſe prodit, venerandam ſcilicet hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & SS. Canonum antiquitatem ab his parum in ſubſidium fuiſſe vocatam: qua deficiente neceſſario induci debuerunt, ut antiqua ſæcula ex praxi ſequentium metirentur, ſibique perſuaderent, omnia & ſingula, quæ hodie Germanis obtrudunt, ſemper ita fuiſſe practicata. Antiquorum Canonum & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ duce ac luce non inſtructi, aut ſaltem neglecto uſu, recentiora illa, Sæculi IX. & XII. Decretalium Principia *p*) promiſcue & ſine ulla diſcretione adoptarunt, &, præſertim cum in ſuos favores eſſent, pro ſtudiorum ſuorum fundamento ac regula poſuere.

II. Exinde deſcenderunt illa Curialiſtarum principia: (1) S. Pontificem Concordatis cum Nationibus initis poſſe derogare. (2) Papam eſſe Dominum omnium bonorum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum, eundemque vi primatus & ex plenitudine pote-

ſta-

p) His accedunt Regulæ Cancellariæ, aliæque circa materiam & praxin beneficiorum & dignitatum tempore Paparum Avenionenſium & ſubſecuti ſchiſmatis Conſtitutiones, Declarationes, Bullæ, indulta, Reſcripta, & eorundem Clauſulæ.

Digitized by Google

ſtatis q) de omnibus totius mundi Beneficiis libere & immediate poſſe diſponere. (3) Concordata velut indulta ordinarie in favorem Germaniæ conceſſa continere meram gratiam, non tam vim pacti, quam privilegii, ita ut in libera Pontificis facultate remaneat, an iisdem ſtare, vel ab iisdem recedere placeat r). (4) Licet demum fateantur, ea habere vim contractus, intelligendum tamen hoc eſſe ex parte Germanorum: quod videlicet hi non ſolum ex Jure Divino ſint obligati, ût Chriſtiani, ad parendum Summo Pontifici, ſed etiam ex ſpeciali Concordia, quaſi in vim contractæ pacificationis inita, ut in omni judicio Germani Sedi Apoſtolicæ rebelles minus forent excuſabiles, ſi obedientiæ *ſuavi jugo* excuſſo, etiam pacta violare præſumant, adeoque Concordata dicunt ſaltem negotium ex pacto & privilegio mixtum (5) Id confirmari etiam ex eo, quod S. Pontifex ſuam ſummam & abſolutam poteſtatem, quam a Chriſto accepit, de rebus Eccleſiæ, officiis & beneficiis Eccleſiaſticis diſponendi, a ſe abdicare non poſſit, quin ſemper penes ſe majorem adhuc retineat.

 (6)

q) Conf. hic Cl. BARTHEL Diſſertat. gener. Tom. 2. Opuſc. pag. 213. Cap. 1. Sect. 1. §. 2. 3. 4. 12. & 13. ubi bina illa de dominio & plenitudine poteſtatis Pontificiæ principia in examen vocat.

r) REBUFF, SUAREZ, LAYMANN Theol. Mor. L. 4. Tom. 9. n. 3.

(6) Succeſſores ſuccedere Jure ſingulari, non univerſali, nempe Jure Electionis, novo Titulo, novo Jure, & ſic NICOLAUM V. non potuiſſe ſuis ſucceſſoribus legem imponere, quam ipſi de omnimoda neceſſitate tenerentur ſervare. (7) Multoties jam & defacto S. Pontificem derogaſſe Concordatis *s*), expreſſe concedendo novis Imperatoribus *primas preces*, quæ tenerent tam in menſibus Papalibus, quam Ordinariorum ad inſtantiam ipſius FRIDERICI III. *t*). Verum hæc minime procedunt, & meræ ſunt Romanæ Curiæ adulationes, in præjudicium libertatis Eccleſiarum noſtrarum excogitatæ *u*).

§. XXI.

s) Hoc ipſum eſt, quod dolenter retulerunt Comitia & Diætæ ſup. relatæ.

t) Vid. Indulta Pontificia Imperatoribus conceſſa apud AYRER de Prim. Prec. in Append. Docum. 6. pag. 14. Hæc derogatio meri eſt ſtyli, absque re & effectu, cum Jura Cæſaris antehac uſu & obſervantia firmata in controverſia non fuerint. Unde nec transactio inter Curiam & Nationem inita eadem comprehendit, adeoque nec derogatione ejusmodi iis proſpici neceſſe eſt. Præſtaret de cætero, hanc derogationem, ſicut in multis aliis ſimilibus reſcriptis, omitti, ne in totius Imperii conſpectu Pontifex non tantum reſpectu ſui, ſed & reſpectu Ordinariorum hanc derogandi poteſtatem ſibi aſſerere videatur.

u) Vid. BARTHEL in tribus Diſſert. de Concordatis German. Conf. SCHLOER Diſſert. ſup. cit. C. 1. §. 1. & 2. C. 2. §. 1. & 4. Cui addantur Anonymi Obſervat. hiſt. jurid. Obſerv. 20. ubi

§. XXI.

I. Præmiſſis jam iis, quæ propter ſyſtematis nexum præmittenda fuerant, ad ipſius Diſſertationis ſcopum propius accedo; qua ratione ſcilicet poſt tot ſæculorum decurſus, initas transactiones, & pacta cum Sede Romana, vi Concordatorum Principum & Aſchaffenburgenſium Libertas Eccleſiarum Germaniæ fuerit ſtabilita. Cum vero immenſa ejus amplitudo tenuium harum, quas publico Literario exponendas duximus, pagellarum anguſtias longe excedat; ſumma tantum ejus capita indicaſſe ſufficiat, quorum ſingula plenam deductionem aut merentur, aut in variis jamjam Clariſſimorum Virorum elucubrationibus pro merito ſuo magna ex parte nacta fuerunt.

II. *Authoritas ſacra Archi- & Epiſcoporum* primo loco commemoranda venit, quibus velut præcipuis columnis & baſibus Eccleſia Germanica innititur *x*). Ac primo quidem, quod *iurisdictionem* eorum *contentioſam* attinet, Concilium Baſileenſe agitatis hactenus circa apellationes & avocationes cauſarum ad Curiam Ro-

fucus ſiniſtræ interpretationis a Curialiſtis paſſim adhiberi ſolitus multis oſtenditur.

x) Hac phraſi utuntur PP. Baſileenſes in Decreto Seſſ. XII. de Electionibus in verbis: *qui tanquam columnæ & baſes ipſam Eccleſiam doctrina et meritorum viribus firmiter ſuſtentent.*

Romanam Gravaminibus per duo ſaluberrima Decreta, a Germania acceptata, nec in aliis Concordatis Aſchaffenburgenſibus immutata, ſatis proſpexit. Diſciplina enim Juris Canonici recentioris, quæ adverſus diſpoſitionem Juris Civilis amplas admodum ante ſententiam definitivam appellationum inſtantias admiſit, non potuit non retardare juſtitiæ adminiſtrationem. Hinc in Decreto quarto Seſſ. XX. *de modo appellandi vel non appellandi* ſic ſtatuit: *ut lites citius terminentur* (1) *ſuper eodem gravamine, aut ſuper eadem interlocutoria, vim definitivæ non habente, nullatenus liceat ſecundo appellare.* (2) *Quodque ante definitivam frivole, vel injuſte appellans, ultra condemnationem expenſarum, damnorum & intereſſe in quindecim florenis auri de Camera parti appellatæ per appellationis Judicem condemnetur.* Ubi quidem adhuc una appellatio ante definitivam a Gravamine, vel ab interlocutoria admittebatur.

III. Verum in Decreto poſtea Seſſ. XXXI. *De cauſis & appellationibus*, quod incipit: *Eccleſiaſticæ ſolicitudinis*, omnis appellatio a Gravamine reparabili fuit ſublata: *Et ne ſub umbra appellationum, quæ nimium & nonnunquam frivolè interponi conſueverunt, atque etiam in eadem inſtantia ad prorogationem litium ſæpe multiplicari, injuſtis vexationibus materia præbeatur; volumus, ne a Gravamine in quacunque inſtantia ante diffinitivam ſententiam quomodo libet appelletur, niſi forſitan tale Gravamen extiterit, quod in diffinitiva reparari ne-*

nequiret, & eo caſu nonniſi ad immediatum ſuperiorem liceat appellare.

IV. Quod vero ad conſervandam immediatorum Judicum ſive Ordinariorum primæ inſtantiæ authoritatem eadem Synodus primario in hisce reſpexerit, & idcirco magna ex parte avocationes cauſarum arbitrarias una cum præmaturis appellationibus ſublatas voluerit, cauſales eidem Decreto præmiſſæ, quibus ſequelæ earundem maxima cum energia deſcribuntur, enuntiant. *Ut enim juſtitia* ORDINE DEBITO *cuilibet miniſtretur .... & quies ac* TRANQUILLITAS RECTORUM *non facile perturbetur*, ſacra ſynodus abuſus evocationum & appellationum inolitos emendare cupit, quos inter præcipuum quoque hunc animadvertit, *confundi exinde Ordinem Eccleſiaſticum*, DUM ORDINARIIS JUDICIBUS SUA JURISDICTIO MINIME SERVATUR ..... *Et, quod univerſo Eccleſiaſtico Ordini admodum noxium exiſtimabatur, eos quos ad ſumma negotia Chriſtianæ Religionis ſublimitas dignitatis evocabat, minus illis reddi intentos, dum ipſorum mentes nimium occupet aſſidua cauſarum multitudo. Hæc attendens*, proſequitur Synodus, & *pro reformatione Eccleſiæ Dei in Capite & membris, juxta poteſtatem ſibi a Domino conceſſam evigilans, ut omnia deinceps* ORDINE CONGRUO *peragantur, ad ſalutem animarum, & pacem ac quietem cunctorum*, ſtatuit, ac decernit, Quod *in partibus ultra quatuor diætas a Romana Curia diſtantibus omnes quæcunque cauſæ*,

exceptis majoribus in Jure expreſſe enumeratis & Electionum Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum, quas immediata ſubjectio ad Sedem Apoſtolicam devolvit, apud illos Judices in partibus, qui de Jure aut Conſuetudine præſcripta vel Privilegio cognitionem habent, terminentur & finiantur. Quam juſta porro fuerint ſalubria hæc Patrum Baſileenſium deſideria, indubitate Oecumenica poſtmodum Synodus Tridentina agnovit, & ſuo calculo approbavit, dum decrevit *y*), ut *cauſæ omnes Eccleſiaſticæ ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum duntaxat cognoſcantur, nec antea aliis committantur, nec avocentur, neque appellationes ab eisdem interpoſitæ, per ſuperiores quoscunque recipiantur, eorumve commiſſio, aut inbibitio fiat, niſi a definitiva, vel a definitivæ vim habente, & cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat.* Atque ne ſub quocunque prætextu jurisdictio hæc Epiſcoporum interturbaretur, poteſtatem avocandi cauſas, recipiendi appellationes præmaturas, ante definitivam Ordinariorum interpoſitas, omnibus aliis Judicibus, Tribunalibus intermediis, ſive ſuperioribus, aut Nuntiaturis penitus interdixit *z*).

II.

y) Ss. Concil. Trident. Seſſ. XXIV. Cap XX. de Ref.

z) *Legati quoque etiam de Latere, Nuntii, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alii quarumcunque facultatum vigore, non ſolum Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem iis præripere, aut turbare non præſumant; ſed nec etiam contra Clericos,*

Digitized by Google

II. Quantum vero ad Sedem Apoſtolicam attinet, poteſtatem quidem avocandi nullatenus attingit, aut in controverſiam vocat; ejus tamen uſum certis limitibus moderatur, ut nec voluntatem ipſius ſolam in his normam eſſe voluerit, ſed prudens ad urgentes & rationabiles cauſas adſtrictum judicium, de quo etiam per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ Sanctitatis ſuæ, manu propria ſubſcriptum, omnino conſtare debeat: *Ab his excipiantur cauſæ, quæ juxta Canonicas ſanctiones apud Sedem Apeſtolicam ſunt tractandæ; vel quas ex urgenti rationabilique cauſa judicaverit Summus Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptum ſignaturæ manus Sanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendum, committere, aut avocare.* Quæ verba ſane non aliam patiuntur interpretationem, præter eam, quæ in Decreto Baſileenſi mox allegato quoad appellationes a ſententia Judicis vel Ordinarii Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti interpoſitas Romæ retinendas adjecta fuit.

III. Sed & illud nondum colligitur, quod generalis Ss. Concilii Tridentini ſanctio limitatam hanc cauſarum avocationem ſtatuens Germanos quoque Ordinarios comprehendere voluerit, utpote quibus ſpecialia hæc cum Sede Apoſtolica Concordata ſuffragantur. Nec

aliasve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente, procedant: alias eorum proceſſus, Ordinationesve nullius momenti ſint, atque ad damni Satisfactionem partibus illati teneantur.

Nec enim iis ſpecialiter derogatum fuit, imo nec de iis cogitatum, prout debuiſſet, cum generalis Juris Communis ſanctio non comprehendat ſpecialia particularium Nationum & Eccleſiarum Jura, conſuetudines, privilegia pacta. Unde Germania non aliter hanc limitationem generalem recepiſſe cenſetur, quam quatenus particularibus ipſius juribus & Concordatis haud adverſatur. Neque Concilium Tridentinum hoc illud fuit, quod aliter quidpiam contra Concordata ordinare intendit; neque conſenſus ille Nationis acceſſit, qui diſertis verbis ad diverſam a Concordatis diſpoſitionem, ſive Ordinationem, in futuro Concilio ſanciendam, fuit præſervatus.

§. XXII.

I. Ita nimirum Epiſcoporum tanquam immediatorum ſuperiorum jurisdictioni in prima inſtantia Concilium Tridentinum in Theſi ſaltem, & generali lege, ad Concilii Baſileenſis placita propius accedente, proſpexerat. Metropolitanorum vero, tanquam mediatorum ſuperiorum & judicum, ulteriori inſtantiæ non æque diſertis verbis ſuccurrit. Eminentiſſimis tamen ac Celſiſſimis Germaniæ noſtræ Metropolitis idem argumentum ad avocationes Ordinariis primæ inſtantiæ præjudicioſas antea applicatum hic quoque pro ſuperiori ſua inſtantia ſuffragatur. In Decretis quippe Baſileenſibus ſupra allegatis ob-

Digitized by Google

obſervandi præſcribuntur gradus appellationis, ut cauſæ ad normam Juris communis, quod quidem omnibus, non tamen Summo Pontifici poſitum exiſtimabatur *a)*, in præjudicium jurisdictionis Metropoliticæ, hac prætermiſſa, in Romana Curia non admittantur. *Siquis*, ait in §. Et ne ſub umbra, *offenſus coram ſuo judice juſtitiæ complementum habere non poſſit*, AD IMMEDIATUM SUPERIOREM *recurſum habeat, nec ad quemcunque, etiam ad Papam, omiſſo medio.* Aeque parum Metropolitanis in Concilio Tridentino derogari aut detrahi ex iis voluit, quæ per ſynodum Baſileenmem tantis ut præmiſimus munimentis firmatam perample iisdem ſtabilita demonſtrantur.

II. Si vero plura appellationum ejusmodi omiſſo medio, poſt exhauſtam primam Epiſcoporum inſtantiam, ad tribunalia vel Nunciaturæ vel Curiæ delatarum exempla exhiberi poſſint; in ſpontaneam mutuo utriusque partis conſenſu factam prorogationem deſinunt, ubi nec ipſe judex ſuperior, recurſuum ejusmodi plerumque ignarus, contradixit.

a) Juxta Cap. 66. X. de Appellat. Cap. 3. §. 1. eod. in 6. gradatim erat appellandum; verum ab hac obligatione ſe ipſum excepit S. Pontifex, ita, ut omiſſo Tribunalis Metropolitici medio, appellationes ab Epiſcoporum ſententiis ad ſe factas admitteret, atque in appellantem unam partem ad Metropolitanum, pro contumacia non comparentis in Curia Romana, cenſuris animadverteret. Conf. Cap. 7. & 54. cit. tit.

Digitized by Google

dixit. Aſt ubi primum vel alterutra pars, vel ipſemet intermedius ſuperior ſua intereſſe putavit, & contradictionem obmovit; admodum illuſtria proſtant alia, quæ & Nationem ſui Juris tenacem, & Curiam ejusdem in contradictorio memorem omnino fuiſſe oſtendant. Ne infinitus ſim, duo tantum domeſtica inſtar omnium hic allegaſſe ſufficiat, id eſt, Eccleſiam & Diœceſin Spirenſem concernentia. *Prius* contigit *ſub Eminentiſſimo Cardinale* HUGONE *ex illuſtriſſima familia Comitum de Schœnborn Epiſcopo Spirenſi.* Cum enim Menſe Julio Anni *MDCCXXVII.* per obitum D. ADAMI HOFFMANN in Eccleſia Collegiata S. Germani Decanatus ſimul & Canonicatus vacaſſet, proviſionem Canonicatus ab Eminent. Cardinale factam in vim indulti Pontificii Capitulum absque omni contradictione acceptavit. Sed cum Decanatum quoque vigore ejusdem alteri jam Canonico dictæ Eccleſiæ Capitulari contuliſſet; Capitulum rejecta indultarii proviſione ad novi Decani Electionem progreſſum, ad Curiam Metropoliticam Moguntinam recurrit, quæ ſub XVIII. Septembris ejusdem Anni & appellationem admiſit, & Electum a Capitulo Decanum, intentatis adverſus indultarium ejusque proviſum cenſuris, manutenuit. Delata fuit ad notitiam BENEDICTI XIII. controverſia, qui Congregationem particularem ex quatuor Cardinalibus *Corradino*, *Origho*, *Belluca*, & *Petra* compoſitam deputavit. Agita-

tis

tis hinc inde utriusque partis rationibus prælaudata Congregatio die XIII. Auguſti *MDCCXXX.* decrevit, collationem Decanatus factam ab Eminentiſſimo indultario ſuſtineri. Verum absque effectu; Cæſarea enim Majeſtas CAROLUS VI., Articuli XIV. Capitulationis ſuæ ad Concordata Germaniæ relativi probe memor, jam antea ſeriis admodum literis ad Eminentiſſimum Cardinalem CIENFUEGOS ſuum in Curia Miniſtrum datis, & Jus metropoliticum, & libertatem in eligendo acerrime defendit *b)*, & non obſtante Congre-

b) CAROLUS SEXTUS &c. &c. „ Si quem unquam „ Imperialium noſtrarum interceſſionum effectum, aut ſupremæ, qua Deo volente merito gloriamur, univerſalis ac præcipue germanicarum Eccleſiarum advocatiæ reſpectum a „ Curia Romana experiri licuit; in eo certe „ vel maxime gaviſi ſumus, dum exortis nuper „ Cardinalem & Epiſcopum Spirenſem inter ex „ una, & Archiepiſcopum Electorem Moguntinum qua Metopolitanum, atque Capitula „ Spirenſia ex altera partibus, diverſis, nec „ minus gravibus circa vetera tam Curiæ Metropolitanæ Moguntinæ, quam dictorum Capitulorum Jura ac Privilegia, & præſertim „ circa adeptam a ſæculis liberam Decani ad SS. „ *Germanum* & *Mauritium* quocunque menſe eligendi poteſtatem, diſſidiis, Summus Pontifex interpoſitis Cæſarei noſtri muneris partibus Reverendiſſimæ Paternitatis veſtræ comperto zelo jam Anno MDCCXXVII. die VIII. „ Octobris benigne demandatis æquam præbere „ aurem, ac propoſitas Curiæ Moguntinæ, Capitulorumque Spirenſium indubias juris & fa-

gregationis ſupradictæ reſalutione mandatis ſine clauſula Curiæ Moguntinæ judicatum ſuffulſit. Imo & acerbis literis per ſuum Vice-Cancellarium, Celſiſſimum quondam Bambergenſem & Wirceburgenſem Epiſcopum Fri-

DE-

„ cti rationes, informibus Cardinalis & Epiſco-
„ pi Spirenſis auſibus juſta lance prævalere,
„ cauſasque diſſidii ad deciſionem Curiæ Metro-
„ politanæ pertinere, pro Decreto declarare
„ voluit.

„ Neque de Pontificis hujus ſententiæ con-
„ ſtantia & firmitate dubitandi nobis fas eſſe
„ crediditſſemus, niſi Archiepiſcopi Electoris
„ Moguntini querelæ noviſſimæ ad nos delatæ,
„ quibus prædictam Decanatus cauſam, contra
„ Decreti fidem, ſub adinvento Cardinalitiæ cu-
„ jusdam prærogativæ fuco, ad Curiam Roma-
„ nam, ibique delectam Congregationem parti-
„ cularem denuo retrotrahi amare queritur,
„ longe a ſpe fiduciaque noſtra aberraſſe ad
„ tædium uſque perhiberent.

„ Cui promiſcuo & ad libitum flexo Cu-
„ riæ Romanæ agendi modo certe nihil aliud
„ conſequens eſſe poteſt, niſi ut provide ſtatu-
„ ta a Canonibus Metropoliticorum judicio-
„ rum præeminentia impune ſpernatur, ſum-
„ tuoſis inter Clerum litigiis anſa præbeatur,
„ ac tandem quidquid infelici Germaniæ coæ-
„ væ ſibi libertatis, aut antiqui & integri mo-
„ ris ſuperfuit, neglecta Concordatorum & ju-
„ risjurandi ſanctitate, communi commixtorum
„ heterodoxorum ſcandalo ſubvertatur: adeo-
„ que cum Cæſarei noſtri ſupremi muneris &
„ adultæ in Germania Hierarchiæ, nec non illa
„ certis legibus cum ſancta Sede conventæ ec-

Digitized by Google

DERICUM CAROLUM, ejusdem Cardinalis germanum fratrem datis, indignationem Cæſaream, & Eminentiſſimo Indultario, & ejus proviſo intentavit, ſi ab ulterioribus utriusque libertatis Germanicæ turbationibus haud deſiſterent. *Alterum* quanto recentius, tanto illuſtrius ſuppeditat ſeries Actorum illorum, quæ Reverendiſſimus quondam Eccleſiæ Cathedralis Spirenſis Decanus, nunc CELSISSIMUS EPISCOPUS PRINCEPS glorioſe & feliciter regnans, cui longævam per plurima luſtra vitam, & pacatum proſperumque omni ex parte regimen ſumma cum demiſſione precamur, in cauſa per univerſum Imperium notiſſima, inaudita fere alias, & ſibi prorſus ſingulari Juris non tantum communis,

„ cleſiaſticæ libertatis præſens ratio periculo
„ remedium a nobis expoſcat Hinc non tantum ea, quæ priori noſtro Cæſareo reſcripto,
„ cujus ſupra mentio facta eſt, hac ſuper re
„ fuſius expreſſa ac mandata ſunt, pro Reverendiſſimæ Paternitatis veſtræ norma huc repetita volumus, ſed &, quo maxime ſerio
„ fieri poteſt, eo extendimus, ut nonniſi Archiepiſcopo & Electore Moguntino, Capituloque Spirenſi ad SS. *Germanum* & *Mauritium*
„ omnimode in priſtinum Juris Metrpolitici
„ exercitium, liberamque Decani eligendi facultatem reſtitutis; acquieſcat, imo ſi opus
„ fuerit, nomine noſtro Cæſareo, efficaciter
„ declaret, Nos ea, quæ ſecus fieri forte contingent, pro non factis & irritis habituros
„ eſſe, &c.

nis, ſed & patrii Germanici prudentia ipſemet deduxit *c*).

IV. Ulterius vero partim Judicum cujuscunque inſtantiæ Nationalium honori ſive authoritati, partim litigantium compendiis ſimul in eo proſpici voluit, quod cauſæ in ultima demum inſtantia ad Sedem Pontificiam per appellationem delatæ, non tamen in Curia Romana dijudicari deberent, ſed Judicibus aliis Nationalibus in partibus delegandis committendæ decernerentur, qui & facilius a partibus adiri poſſent, & tanquam nationalibus imbuti principiis a præconcepto reformationis pruritu alieni eas tantum reformarent ſententias, quas ſpectato etiam ſtylo, conſuetudinibus, obſervantiis & ſtatutis patriis gravatoriales & iniquas cum fundamento adinvenirent. Ita jam obtinuit Natio Germanica per Concordatum Conſtantienſe Cap. 4. *de Cauſis d*).

Sy-

c) Vid. Estors Freyheit der deutſchen Kirchen pag. 536. nec non Author Concordat. Nat. German. integ. Tom. 1. pag. 216. & ſeq. ubi varias circa hujus facti circumſtantias Juris quæſtiones proponit ac reſolvit. Breve Clementis XIII. ad Sereniſſimum D. Electorem Palatinum de Anno MDCCLXIV., quo conteſtatur, mentem Ss. Sedis eſſe, ut Concordatorum Articulus, qui de Appellationibus agit, rite ſervetur, exhibet idem Author Tom. 2. pag. 270.

d) *Cæteræ* (cauſæ ſcilicet de ſui natura in Curia non tractandæ) *committantur in partibus; niſi forſitan pro cauſa & perſonarum qualitate in commiſſione ex-*

Synodus vero Baſileenſis in ſæpe allegato Decreto idipſum innovavit, & exceptionem Concordato Conſtantienſi conventam uberius declaravit *e)*. Quam juſta vero, quamque rationabilia hæc deſideria fuerint, ipſummet quoque *Concilium Tridentinum* agnovit, eorumque executionem ſuggeſtis etiam mediis adjuvare & promovere intendit, dum ſcilicet Seſſ. XXV. Cap. 10. de Reform. Synodis Provincialibus aut Diœceſanis præcipit, ut judices idoneos deſignent, quibus præter Ordinarios cauſæ ejusmodi in partibus committi & declarari poſſent *f)*.

X 2 §. XXIII.

primenda, illas tractare in Curia expediet, pro juſtitia conſequenda, vel de partium conſenſu in Curia tractentur.

e) *Si vero quispiam a Sedis Apoſtolicæ immediate ſubjecto ad ipſam Sedem duxerit appellandum, cauſa per reſcriptum uſque ad finem litis incluſive in partibus committatur: niſi forte propter defectum juſtitiæ, aut juſtum metum, etiam in partibus convicinis, de quibus in commiſſione exprimendis legitimo prius documento, alias quam per juramentum ſummarie conſtiterit, apud ipſam Sedem foret merito retinenda. Et quidquid in contrarium hujus ſaluberrimi Decreti attentatum, factum vel obtentum fuerit, ſit nullum ipſo facto.*

f) Saluberrimo hoc remedio hodiedum conſtanter utitur *Gallia* & *Belgium*, ubi omnes cauſæ appellatæ debent committi in partibus, id eſt in iis locis, ubi ortæ ſunt. Vid. *Van. Eſpen Jus Eccleſ. univ. part.* 3. *Tit* 5. *cap.* 3. *num.* 18. & *Tit.* 10. *cap* 2. *n.* 9. Eadem Juris prærogativa gaudent Præſules Germaniæ, cum poteſtate genarali ex *Concilio Tridentino loc.* ſupra *cit.* in Conciliis pro-

§. XXIII.

Alterum, quod præter Curiæ Romanæ avocationes aut præventiones, aut ſimultaneum, uti putabant, concurſum, authoritatem & jurisdictionem præcipue contentioſam Prælatorum immediatorum arctabat, vinculum

vincialibus aut diæceſanis deſignandi ſaltem quatuor, ac plures etiam *viros probatos*, & juxta cap. *Statutum* 11. *de reſcript. in* 6. *qualificatos*, quibus ſolis, nec aliis delegationes a quolibet *Legato* vel *Nuntio*, atque etiam *ab ipſa Sede Apoſtolica* committantur. Verum ut recte ait Cl. NELLER *in Diſſert. cit.* ſupine admodum hoc negotium in Germania plerumque geri ſolet: perſonæ delegandæ non denominantur, per quod interdum fit, quod *Tridentinum* jam vidit, ut judicibus non uſquequaque idoneis cauſæ in partibus delegentur. In arbitrio appellantium eſt, neceſſitate ſequendi appellatis incumbente, quocunque ipſi velint appellatos pertrahere, *Romam* ad *Nuntiaturas*, an ad *judices in partibus*; & *Romæ*, porro, an ad *auditorem Cameræ*, an *ad Rotam*, an ad *aliquam Congregationem*? Id ſane duriſſimum eſt appellatis, unicum vero remedium, *reſuſcitare hæc Concordata*, & curare, ut cauſæ juxta *Concilium Baſileenſe* & reſpective *Tridentinum in partibus* debeant delegari, ne litigantes extra patriam evocentur. Idipſum jam Annis MDCCXLI. & MDCCXLII. Sub Capitulatione CAROLI VII. Archiepiſcopi Electores, *Trevirenſis* & *Colonienſis*, ſtrenue hic quidem, ille vero, glor. mem. FRANCISCUS GEORGIUS *ex illuſtriſſima proſapia Comitum* DE SCHOENBORN, per ſuum Officialem acerrime urgebant, ut nempe *omnes cauſæ*, ſive *Romam*. ſive *ad Nuntiaturam* appellatæ

Digitized by Google

culum exemptiones quoque injecerunt, ſive Jure communi, ſive ſpecialibus Diplomatis extra Corpus Juris vagantibus pluribus ſive ſæcularibus Eccleſiaſticis, ſive regularibus præcipue indultæ. Sed his etiam per Concordata eadem relaxatis, magna ex parte priſtina eidem libertas rediit Exemptiones quippe variorum tum Monaſteriorum, quam maxime vero Capitulorum ſæcularium jam tempore Concilii Conſtantienſis impugnatæ, & a Martino V. revocatæ ſunt, eoquod absque conſenſu Ordinariorum in præjudicium immediatæ jurisdictionis, Diſciplinæ Eccleſiaſticæ impedimentum, rectique ordinis turbationem, & continuarum litium fomentum in ſchiſmate conceſſæ fuiſſent, & ne poſthac ſine conſenſu eorum, quorum intereſt, Ordinariorum videlicet concederentur, cautum fuit g). Peſſimæ exinde ſequelæ & generalis corruptela generalem quoque deſiderabant medelam, & non tantum futuris repagulum, ſed etiam anterioribus modum poni conveniebat. Unde in Concilio Baſileenſi, quod mitius ſibi agendum, & temporum conditioni in multis indulgendum eſſe perſpexit, atque aliis opportunioribus aliquid poſteritatis

X 3 curæ

per judices in partibus delegandos componerentur. Hanc rem illuſtrat Moserus ad *Capitul. cand. part. 2. pag.* 435.

g) Concil. Conſtant. Seſſ. XLIII. in fine: *Non intendimus exemptiones de cætero facere, niſi cauſa cognita, & vocatis, quorum intereſt.*

curæ ac providentiæ transmittendum credidit, Natio Germanica hactenus ſubſiſtentes non penitus intactas relinqui voluit. Ejus proinde Decretis a ſe acceptatis ſuum poſtulatum adjunxit: *Multa exorbitantia, per exemptos commiſſa, tranſeunt impunita in grave ſcandalum multorum, eoquod contra diſpoſitionem Cap. Volentes de Privil. in 6. per Sedem Apoſtolicam privilegia eis conceduntur.* Et EUGENIUS IV. ipſemet in Bulla ſua: *Ad tranquillitatem*, dum Concilii Baſileenſis Decretorum a Natione acceptatorum obſervantiam eidem poſthac conſervandam ſpopondit, illis etiam modificationibus, quibuscum recepta fuerunt, Nationem libere & licite uti poſſe indulſit. De hujus quoque poſtulati & indulti juſtitia ac rationabilitate tanto minus poteſt ſupereſſe dubium, cum & Concilium Oecumenicum, nimirum Lugdunenſe Cap. mox allegato illud præeundo adinvenerit, & alterum poſthac ſubſecutum, videlicet Tridentinum *h*), generali lege rurſus innovaverit. Id quod præſertim Germaniæ noſtræ congruit, utpote quæ ab extraneorum Judicium admiſſione æque, ac ab evocatione cauſarum maxime ſemper aliena, Conſervatorum ita dictorum deputationem nunquam recepit *i*). Inde eſt, quod

h) Concil. Trident. Seſſ. VII. Cap. XIV.

i) De *Conſervatoribus* vel *Defenſoribus* privilegiatis dari ſolitis vid. Cl. NELLER Diſſert. ſæpius cit. cap. 2. §. 18. num. 3.

quod in multis Germaniæ Diœceſibus antiqui Juris tenacibus quoad exercitium jurisdictionis contentioſæ adverſus exemptos etiam plena Epiſcopalibus Vicariatuum Judiciis ſuffragetur obſervantia, & reapſe exemptos inter & non exemptos notabilis nulla reperiatur in cauſis cognoſcendis differentia, eaque exemptio in ſolis fere Clauſtralibus & Regularibus ſuum effectum exerat, alioquin Jurisdictioni tantum paternæ & œconomicæ aut paſtorali commenſuratis. Ad hæc enim Jus ipſum commune totam exemptorum poteſtatem & jurisdictionem reſtringit, & coarctat *k*). In his vero & ipſis non exemptis Superioribus ſua ſervatur ubique authoritas, ſalva in utrosque ſuprema & eminenti, diverſo tantisper modo, Epiſcoporum ſuperinſpectione & intendentia.

§. XXIV.

I. Ea porro Authoritatis Antiſtitum immediatorum pars, quæ Jurisdictio *voluntaria* vulgo dici amat, non inferius in ſæpe laudatis Concordatis præſidium invenit, & præcipue in Jure confirmandi Electiones inferiorum Prælatorum in diœceſi exiſtentium ſe exerit, utpote per quod Canonica & Hierarchi-

k) *Rigantius* Comment. in Reg. II. Cancell. §. II. Num. 120. in verbis: *De Jure communi Generalis habet ſubjectos Monachos ſolummodo in concernentibus diſciplinam regularem, & in reliquis ſive Civilibus ſive criminalibus ſubjecti ſunt Epiſcopo.*

Digitized by Google

ca inferiorum ad ſuperiores ſubordinatio conſervatur, & curam ac Regimen Eccleſiæ iſtis commiſſæ adminiſtrandi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus poteſtas ab Epiſcopis, tanquam Hierarchis Superioribus & Chriſtum Summum animarum noſtrarum Paſtorem in ſua diœceſi repræſentantibus, in inferiores quoscunque derivatur Decretum enim Synodi Baſileenſis Seſſ. XII. luculenter teſtatur, diſertam ejusdem mentem fuiſſe, ut hoc Jus confirmandi quascunque Electiones ſecundum Juris communis diſpoſitionem iis ſuperioribus immediatis reſtitueretur, ad quos ante inductas reſervationes pontificias, quæ ſolæ obſtaculum iisdem & compedem injecerant, alias ſpectabat. Unde tam Metropolitanis quoad Jus confirmandi Electiones ſuorum Suffraganeorum, quam Epiſcopis intuitu inferiorum Prælatorum æqualiter ſuffragabatur. Concordatum vero Aſchaffenburgenſe temperamentum hoc adinvenit & conſtituit, ut Epiſcoporum Electiones ad Sedem Apoſtolicam intra tempus legitimum pro obtinenda confirmatione deferri deberent; adeoque reſtituta licet Capitulis eligendi libertate, non æquali tamen ſorte gaudere poterant Metropolitani, ut de reſtituta quoque ſibi inſigni Juris confirmandi prærogativa ſimiliter gratularentur. Quoad Prælatorum econtra inferiorum Confirmationem Decreta Baſileenſia ipſi quoque Juri communi pleniſſime confor-

mia,

mia, intacta prorſus & integra perſtiterunt, ut Epiſcopis hodiedum ſuffragentur, quousſque rurſus Concordatum Aſchaffenburgenſe claram quondam exceptionem concludenter non exhibet. Hæc porro ad ſola Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, ex quibus ad Curiam Romanam pro obtinenda confirmatione vel proviſione haberi recurſus, aut veniri, atque mitti conſuevit, reſtringitur.

II. Non igitur quæcunque Exemptio mere paſſiva Ordini cuidam in ſolis clauſtralibus & diſciplinaribus ſuis competens, ad fundandam ejusmodi exceptionem ſufficit, utpote quæ immediatam ſubjectionem reſpectu S. Sedis Apoſtolicæ necdum importat. Unde eveniſſe etiam veroſimile eſt, ut conſuetudo, excluſis Epiſcopis, recurrendi ad Sedem Apoſtolicam pro obtinenda Electionum confirmatione, ad quam tanquam notam characteriſticam litera Concordati Aſchaffenburgenſis ſe limitat, & quæ proinde aſſerenti concludenter probanda incumbit, vix aliis Prælatis inferioribus ſuffragetur, quam iis, quibus exemptio quædam totalis, & uti dici amat, *activa*, ſive conjuncta cum Jurisdictione quaſi Epiſcopali in territorium quoddam ſeparatum ita dictum nullius & in proprium quendam Clerum quoque ſæcularem præter regulares ſibi ſubjectum & populum competit.

III. Ulterius exinde conſequitur, quod, quamvis Pontifices tempore Concordatorum poſteriores certis Regularium Ordinum Generalibus per Bullas Extravagantes plerumque ſub- & obreptitie exortas privilegia omnes ſuorum Ordinum Abbates confirmandi conceſſerint, ea tamen Epiſcopis Germaniæ præjudicare nec voluerint, nec potuerint. Quam Religioſe enim Sedes Apoſtolica fidei ſemel datæ inſiſtere velit, Anno MDCLXXIV. in Decreto Congregationis particularis ſub Die XIV. Julii emanato, & Brevi Apoſtolico deſuper expedito prodidit, quo erectionem Congregationis, in quam Monaſteria Ordinis S. BENEDICTI in Bavaria ſub nomine SS. Angelorum Cuſtodum ſe redegerunt, approbavit, & privilegia aut indulta alias conſectaria conceſſit; dum ad abundantiorem quoque cautelam Jus confirmandi Abbates Monaſteriorum ejusmodi Ordinariis Germaniæ, quibus antehac competierat, diſertis præſervatum voluit *l*).

IV. A Jure confirmandi ad Jus quoque *benedicendi*, alioquin luculentis Juris Canonici communis atque ipſarummet Decretalium ſanctionibus ſatis firmatum *m*), argumentum non incongrue derivatur, quamvis ad Jura or-

l) Vid. RIGANTIUS in Reg. II. Cancell. §. II. Num. 98.

m) Can. *Quoniam* §. I. diſtinct. 69. & cap. Statuimus I. X. de ſupplend. neglig. Prælat. cap. cum contingat 11. de ætat. qualit. & ordin. præfic.

ordinis, non jurisdictionis, pertineat. Sed & his Juribus Natio Germanica per Concordata in Appendice Inſtrumenti acceptationis Decretorum Baſileenſium ſubjecta proſpici voluit, ne adeo in Curia Romana præſentes eorum ſubditi Diœceſani ipſis inſciis & invitis ad Ordines promoverentur. Multo minus in ipſorum Diœceſi per extraneos & aliena authoritate iſta obiri innocuum iis aut indifferens videri potuit. Quidquod generalis etiam Juris communis, noviſſimi præcipue Sacri Concilii Tridentini *n*) prohibitio intrat, nulli liceat, cujusvis privilegii prætextu, Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia. In Dioeceſi vero eſſe loca omnia ejusdem finibus comprehenſa, indubitatum eſt eouſque, dum territorium ſeparatum cum qualitate ita dicta *nullius* tanto odioſius, quanto ſacris Canonibus magis invìſum, & vel ideo nulla prorſus Juris communis, ipſarummet adeo Decretalium recentiorum, imo & Extravagantium, quæ nunc in Corpore Juris Sedem habent, litera approbatum *o*) concludentiſſimis omnino argumentis fuerit evictum. Si vero extra Diœceſin actus ejusmodi Pontificalis obeatur; ceſſante licet Concilii Tridentini mox allegati prohibitione, alia tamen ſervandæ Epiſcopis Juris communis aſſiſten-

n) Seſſ. VI. Cap. V. de reformat.

o) Gibert. prolegom. part. poſt. Tract. de Privil. Part. II. Sect. III. Q. II.

ſiſtentia tutis authoritatis ſuæ ratio, & Nationis de interverſa nimirum ſacra Præſulum quoad functiones ordinis Pontificalis authoritate ſæpiſſime querulantis *p*), & ejusdem Decreta Baſileenſia acceptantis mens atque intentio ſubintrat. Quod enim a S. Pontifice per ſe geri reſpectu extraneorum Diœceſanorum ægre admodum ſe ferre Natio teſtata fuit, & emendari obtinuit; id ab inferioribus vel auſu proprio attentari, vel, ut attentare poſſint, indultis & conceſſionibus ſine conſenſu eorum, quorum intereſt, extortis fulciri multo minus ferendum exiſtimabatur. Quid? quod expreſſa etiam litera ejusdem Ss. Concilii Tridentini huc non incongrue ſpectare videtur, dum generali lege facultates *de promovendo a quocunque* moderandas & reſtringendas eſſe duxit *q*).

§. XXV.

Quoad *diſpenſandi* poteſtatem, quæ Jurisdictionis voluntariæ Prælatorum præcipua quædam pars eſt, iisque ad regendam Eccleſiam ſuam neceſſaria, & Jure primævo a Chriſto per Apoſtolos ſolvendi non minus, quam ligandi poteſtate inſtructos in Epiſcopos eorum ſucceſſores propagata, Natio Germanica ſimiliter poſtulata ſua Concilii Baſileenſis Decretis adjecit, & Eugenio dein IV. cum reli-

p) Conf. ſuperius dicta §. V.
q) Concil Trident. Seſſ. VII. Cap. XI. de reformat.

reliquo acceptationis Inſtrumento obtulit. Quæ vero petitio tum ad quartum duntaxat affinitatis vel conſanguinitatis gradum reſtricta fuit, utpote ſuper quo, licet leviter diſpenſari ſoleret, neceſſitas tamen recurrendi ad Sedem Apoſtolicam, Nationi ob ſuam ab Urbe diſtantiam, & ob expenſas taxasque perſolvendas gravis, injuncta fuerat; eadem dein Sedis Apoſtolicæ æquanimitate multo magis ſuperata fuit. Non enim in hoc ſolo gradu, ſed etiam in tertio, & in multis aliis impedimentis matrimonii, imo & in ætate Ordinandorum, & quam pluribus aliis ſimilibus facultas diſpenſandi iisdem ſingulis quinquenniis ordinarie concedi ſolet. Sacroſanctum quoque Concilium Tridentinum eam diſpenſandi facultatem ſuper omni irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, poſt peractam pœnitentiam ſuperaddidit *r*). Eæ præterea diſpenſationes, quæ a Sede Apoſtolica hodiedum privative impetrari debent & concedi ſolent, in forma commiſſoria concedendæ ſtatuuntur *s*). Imo quas Epiſcopus ſine ſcandalo & ſine diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimento executioni ſuæ dari non poſſe prudenter arbitratus fuerit, ſuo quoque effectu fruſtrare poterit *t*). Quibus omnibus & ſufficienter debita ſubdito-

rum

r) Concil. Trid. Seſſ. XIV. Cap. VII. de reformat. & Seſſ. XXIV. Cap. VI.

s) Idem Seſſ. XXII. Cap. V.

t) Seſſ. XIII. Cap. V.

rum ſubordinatio, & integra Epiſcoporum tanquam immediatorum ſuperiorum Authoritas ſalvatur, & ipſa etiam origo ejus, qua Sedes Apoſtolica erga Nationis Germanicæ Epiſcopos uti ſolet, indulgentiæ aut facilitatis origo non in vero ſimiliter indicatur.

§. XXVI.

I. Nobilem præprimis & inſignem Germanæ Nationis & Eccleſiæ partem poſt Antiſtites & Epiſcopos conſtituunt Illuſtriſſima & Reverendiſſima tum Cathedralium, tum aliarum quoque Collegiatarum, ſive ſæcularium ſive regularium *Capitula*; quibus eximiam prærogativam defert Electionum ad Dignitates tam Pontificales, quam alias quascunque libertas, cujus eadem Natio uti adverſus intruſiones & inveſtituras Regias antehac, ita adverſus conatus dein Pontificios retinentiſſima fuit & propugnatrix acerrima. Idque feliciter e votis adeo ceſſit, ut unica ea ſit totius propemodum orbis Chriſtiani pars, cui de hac prærogativa ſingulari ſibi gratulari hodiedum liceat. Concordatis Germaniæ eandem deberi, nemo eſt, qui diffiteri audeat. Atque ne anteriores querelas in memoriam revocare videamur; quid in Aviſamentis ſive *Conſtantienſibus* ſive *Moguntinis* deſuper actum fuerit, ſtudioſe præterimus. Decreta vero *Baſileenſia* duo, Seſſ. videlicet XII. prius, ac Seſſ. dein XXIII. alterum pleniſſi-

niſſime iis ſatisfeciſſe integramque libertatem reſtituiſſe indubitatum eſt. Et ipſum demum Concordatum Aſchaffenburgenſe eandem in Theſi ampliſſime confirmat, permittendo ſcilicet ac ſanciendo, ut in Eccleſiis Metropolitanis & Cathedralibus non minus, quam Monaſteriis fiant Electiones Canonicæ.

II. Sicuti vero per hanc Electionis reſtitutionem Regula ſecunda *Cancellariæ* quoad Dignitates Pontificales & Abbatiales antehac iisdem maxime adverſa penitus ſublata, & cæteræ Regularum Cancellariæ reſervationes intuitu Germanorum abolitæ fuerunt; ita eæ quoque, quæ in eodem Concordato Aſchaffenburgenſi aliquatenus adhucdum quoad Dignitates quoque Electivas retentæ & ſtabilitæ fuiſſe videntur, ut eæ præcipue, quæ in Extravagante: *ad Regimen*, verbotenus eidem Concordato Aſchaffenburgenſi inſerta comprehenduntur, diverſos prorſus a priſtinis, eosque multo arctiores limites receperunt. Modificata quippe eadem Extravagans in Germania duntaxat obtinet poſt Concordata, dum antehac ibidem quoad literam obtinebat, & aliis in Regionibus ſpeciali Concordato, aut privilegio haud tutis hodiedum obtinet. Quænam vero ſit modificatio illa, ex litera ſane haud colligitur. Subſtantialis quippe aut conſideratu digna diverſitas tenoris in Concordatis relati ab eo, qui hodie in corpore Juris intra Extravagan-

vagantes communes Tit: *de Præb*: refertur, vix ulla oſtenditur, niſi in omiſſione verborum: *Donec miſerationis divinæ clementia nos univerſalis Eccleſiæ regimini præſidere conceſſerit*, & in adjectione plurium numerorum eadem reponi velit. Hæc utraque vero temperamentum vel modum ab Inclyta Natione noſtra deſideratum adeo non conſtituit, ut potius ejus conditionem certa ratione duriorem reddiderit. Siquidem omiſſio illa conſtitutionem hanc ex temporali in perpetuam ſuo modo & ſaltem uſque ad futurum Concilium commutavit; Numeri vero adjecti ſua multitudine admodum graves evadunt. Ex mente igitur & intentione Summorum paciſcentium eam modificationem derivandam eſſe aſſerimus, ut Extravagans prædicta tum modo Electionis libertatem excludat, ſi vel Romanus Pontifex Germanum quendam Prælatum immediate ad aliquam Eccleſiam ſolitariæ ſuæ collationi addictam, & ratione directi ſeu utilis Dominii mediate vel immediate ſibi ſubjectam promoveret, vel, pendente alicujus electi aut poſtulati proceſſu, mutationem aliquam ex evidenti cauſa de fratrum conſilio, & cum cæteris cautelis per Concordata ſtabilitis decernendam judicaret, eo videlicet cum effectu, ut libertas eligendi per Decreta Baſileenſia, præſertim illud Seſſ. XII. reſtituta, & per Concordatum Aſchaffenburgenſe confirmata in regula ſemper & quocunque

que vacationis caſu contingente obtinere debeat; Extravagans vero *Ad regimen* tanquam Exceptio tantum Decretum Seſſ. XXIII. Licet dudum ſubmoveat, & Pontificem ab impoſita ibidem in caſu rejectæ vel caſſatæ electionis neceſſitate remittendi ad idem Capitulum vel Conventum pro nova electione infra tempus Juris iteranda eliberet & abſolvat.

III. Ita ſane exigit neceſſaria Concordati Aſchaffenburgenſis conciliatio cum Decretis Baſileenſibus a Natione acceptatis & a Sede Romana eidem adſecuratis, quibus, quanto minus poteſt, utraque pars compaciſcens, tam Natio, quam Curia, detractum voluiſſe præſumi debet. Et Curia quidem Romana: quia Decreta eadem non tantum bis antehac Nationi confirmaverat, ſed etiam in Concordato Aſchaffenburgenſi, quatenus iis expreſſe non derogavit, ſalva impoſterum eſſe voluerat; Natio vero: quia, quamvis aliquam Sedi Romanæ compenſationem reddere, non tamen plus, quam ratio exigebat, conditionem ſuam deteriorem facere intendit. Decreta quippe Baſileenſia eligendi libertatem integerrime & pleniſſime in omnibus omnino caſibus reſtituerant, &, prout Decretum Seſſ. XXIII. *Licet dudum* enuntiat, omne obſtaculum a canonicis Electionibus & Confirmationibus tollere intenderant, & idcirco duo inter ſe diverſa com-

prehendunt: (1) Ut Electiones in dictis Eccleſiis ſine impedimento aut obſtaculo fiant; dein (2) Ut factæ Electiones ſuo non fruſtrentur effectu, ſed juxta Juris communis diſpoſitionem neceſſario confirmari aut ſaltem in caſu denegatæ cauſa cognita Confirmationis apud Sedem Romanam, aut rejectæ ex cauſis urgentiſſimis vel caſſatæ Electionis ad idem Capitulum denuo remitti, & nova Electio facienda relinqui deberet. Quoad primum in Concordia Aſchaffenburgenſi eadem Regula generalis affirmativa illimitate iisdem fere verbis, reſtrictionem nullam continentibus, repetita fuit, quod nimirum in Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis fiant Electiones canonicæ. Quoad alterum vero, ſcilicet debitam Electionis factæ confirmationem, aliqua addita fuit exceptio, quæ tanquam ſtrictiſſimæ interpretationis regulam ſalvam relinquit, & reſervationes illæ antea enumeratæ ex natura ſua potius ad exceptionem, quam ad regulam ipſam toties firmatam reduci debent. Sicut nimirum Jus confirmandi, excluſis Metropolitanis, Sedi Romanæ aſſertum compenſationem ab ea deſideratam conſtituit; ita quoque circa illam liberiores Pontifici manus reliquit, ne, ſi ſuppoſita jam una Electione idem Capitulum alteram, eodem adhuc durante vacationis caſu, habere deberet, quod Decretum Baſileenſe Seſſ. XXIII. mox allegatum deſidera-

ra-

Digitized by Google

ſaverat, nimium difficilis & ardua ipſi redderetur aliqualis illa denegandi confirmationem & de alia digniori & utiliori perſona providendi facultas.

VI. Illuſtratur hæc poſitio exemplo reſignationis, quæ certe non aliter reſervationem in Germania operatur, niſi fiat ab electo vel poſtulato tempore pendentis adhucdum in Curia ſui ſuper electione proceſſus, prout diſerta verba Concordati Aſchaffenburgenſis eloquuntur: *Quorum Electio caſſata, ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta* RENUNCIATIO *& admiſſa Authoritate noſtra extiterit, ſeu quorum Electorum, vel poſtulatorum, & in antea eligendorum & poſtulandorum Electionem caſſari, ſeu poſtulationem repelli, aut* RENUNCIATIONEM *admitti per nos aut Authoritate noſtra continget.* Idem proinde de aliis quoque modis ibidem commemoratis erit intelligendum.

V. Eandem mox aſſertam a nobis ſummorum Paciſcentium mentem res antehac geſta luculentius illuſtrat. Contigerat quippe Anno *MCCCCXXXVI.* electis in diſcordia ad Trajectenſem Eccleſiam SUEDERO & RUDOLPHO, Pontificem SUEDERO de alia providiſſe Eccleſia, ut in Trajectenſi RUDOLPHUS eſſet quietus. Eam diſpoſitionem ægre ferentes Trajectenſes quidam Canonici Baſileæ commorantes, WALRAMUM, Archi-Epiſcopi Colonienſis THEODORICI fratrem,

Epiſcopum deſignarunt, & permittentibus Patribus Baſileenſibus (vigore Decreti Seſſ. XII.) confirmationem a THEODORICO obtinuerunt. Voluit Archi-Epiſcopo Colonienſi aliisque gratificari SIGISMUNDUS Imperator, eaque propter Regalia contulit WALRAMO, renitente EUGENIO IV. P., qui jam pridem RUDOLPHUM DE DEPHOLD confirmaverat. Non tulit hanc, ut exiſtimabat, injuriam EUGENIUS, literisque tum Imperatorem, tum Archi-Epiſcopum admonuit, ut tentatam pertinaciam deponerent. Sed prævaluit apud Imperatorem reſpectus Electoris, urgentibus maxime Baſileenſibus, qui confirmationes Epiſcoporum Summo Pontifici ereptas volebant. THEODORICUS porro & HENRICUS ejus frater Monaſterienſis Epiſcopus non tantum gladio, verum etiam conſilio WALRAMI cauſam tutabantur, quibuscum conjuncti Canonici illi ſupra dicti multa Baſileæ moliebantur, ut inde demum facta fuerit confirmatio. Qnanquam vero tanta potentia niteretur WALRAMUS, ob reſiſtentiam tamen reliquorum Canonicorum *Trajectenſium* eum Epiſcopatum aſſequi haud potuit *u*). Cum igitur THEODORICUS Colonienſis tanquam præcipuus Baſileenſium non minus, quam hujus WALRAMI fautor ac reſpective frater, admodum inviſus eſſet EUGENIO IV, qui hujus facti ſui tantis antea ani-

u) KRANZIUS apud BZOVIUM ad An. MCCCCXXXVI. Num. 53.

animorum contentionibus hinc inde impugnanati publice, fortiter, conſtanter, imo perpetuo ſuſtinendi nedum ſtudioſus, ſed, uti rebus ſemel exaſperatis fieri plerumque amat, ambitioſus fuerat; non incongrue caſus hic percelebris tanquam anſa Extravagantis: *Ad Regimen*, in Germania certo modo rurſus recipiendæ conſiderari poterit; ultra cujus tamen modi fines & contingentiæ caſus illius analogiam haud extendenda venit.

VI. Ea quoque, quæ ſubſecuta ſunt, tam ex parte Curiæ Romanæ, quam ex parte Nationis, hunc ſenſum fuiſſe Compaciſcentium luculenter demonſtrant. Innumera enim ſunt exempla electionum perpetuo a Capitulis factarum contra literam Extravagantis ſæpe dictæ crude intellectam x). Curia nimirum

x) Plurima vindicatæ Electionum libertatis Exempla exhibet ANONYMUS in den Betrachtungen über die Wahl eines Biſchofs. Tom. 3. Concord. integr. Hæc inter præcipue ea ſpeciali conſideratione digna cenſentur, quæ a pag. 105. ſeqq. referuntur, & caſus variarum translationum ab uno Archi-vel Epiſcopatu ad alium concernunt, in quibus tamen libertas a Capitulis Electiones perfectas fuiſſe demonſtratur, easque obmotis quandoque Curiæ Romanæ contradictionibus prævaluiſſe; Imo cum Anno MDCCXXIX. Eminentiſſimi Domini FRANCISCI GEORGII Electoris Trevirenſis, translato ad Sedem Moguntinam FRANCISCO LUDOVICO ſurrogati, electioni a Capitulo Metropolitano ſollicite maturatæ poſtmodum a Curia Romana clauſula ſæpe uſitata: *caſſata*

rum Romana ad quietam proviſionum immediatarum poſſeſſionem in caſibus ejusmodi pertingere nunquam potuit. Natio vero Germanica perpetuo iisdem contradixit, & contradictionem ejusmodi poſt tot Gravamina in variis Comitiis, in unionibus Electoralibus, in Conventibus Cleri, præſertim Rhenenſis obmota, publice in conſpectu totius orbis per iteratas ſemper Capitulationes Cæſareas quotidie innovat *y*), & Reverendiſſima Capitula

Electione providemus ex integro, accommodata fuiſſet; deprecante hanc modeſte eodem Reverendiſſimo Capitulo alia: *ſupplentes* ſuper dubiis defectibus & hinc in omnibus fere Electionum Confirmationibus adhiberi ſolita non tantum ſubſtituta, ſed etiam in ingreſſu Bullæ Confirmatoriæ Jus Electionis pro tempore vacationis Capitulo competens diſertis agnitum fuit in verbis: *Dilecti filii Capitulum & Canonici Eccleſiæ Trevirenſis, ad quos Electio perſonæ idoneæ eidem Eccleſiæ Trevirenſi dum pro tempore vacat, in Archiepiſcopum præficiendæ, ſpectare dignoſcitur.*

y) Conqueritur enim Præbendas & Dignitates eas tanquam reſervatas velle immediate a Curia conferri, quæ tamen per obitum in Curia non vacent, ideoque ad ejus Collationem non ſint devolutæ; præcipue per *reſignationes & diſpenſationes*, quales in caſu translationis concurrere ſolent, libero eligendi Juri præjudicium fieri. Articulus enim XIV. §. I. ita habet: Daß die Concordata principum.... allerdings beobachtet, und dargegen durch unförmliche Gratien, Reſcripten ..... Reſervation, Diſpenſation und ſonderlich Reſignation, dann darauf unternehmende Collation all ſolcher Præbenden, Prælaturen, Dig-

tula Eccleſiarum perpetuæ liberarum Electionum obſervantiæ in ſimilibus caſibus tenaciſſime inſtiterunt.

VII. Siqua indulta quandoque a ſingularibus quibusdam Capitularibus ad abundantiorem cautelam impetrata, aut, quæ Curia Romana ſubinde ſponte ſua obtulit, acceptata fuerunt; ea ſane nunquam ab Imperatore in Inveſtiturarum conceſſione, aut ab Imperio agnoſci voluerunt z). Et vel ipſa docent, quantum Curia hac liberalitate tutius ſibi conſulendum exiſtimet, quam in mortificata Extravagantis litera confidat.

§. XXVII.

Quoad Præpoſituras porro Eccleſiarum, ſive Cathedralium, ſive Collegiatarum in Germania, eandem eligendi libertatē Capitulis per

Y 4 Con-

nitæten und Officien (welche ſonſt per obitum ad Curiam Romanam nicht devolvirt werden, ſondern jederzeit, ohneracht in welchem Monat ſie auch ledig und vacirend würden, denen Erz- und Biſchöffen, auch Capitulen und andren Collatoren heimfallen) wie weniger nicht per Coadjutorias Prælaturarum Electivarum & Præbendarum .... Zu Abbruch der Stiffter, Geiſtlichkeit und anders wider gegebene Freyheit und erlangte Rechten...... in keine Weiß gehandelt werde.

z) Conf. Concord. integ. pag. 106. ibique præcipue exemplum Electionis Friſingenſis poſt translationem ſereniſſ. Clementis Josephi e domo Bavarica ad Epiſcopatum Leodienſem.

Digitized by Google

Cocordata reſtitutam & vindicatam prolixius demonſtrare nobis neququam eſt animus. Abunde enim id præſtiterunt Author Anonymus *Analyticæ Demonſtrationis* Anno MDCCLVII. hoc ſuper argumento editæ, Et, qui ejusdem nucleum extraxit, compilator Diſſertationis III. de *Concordatis Germaniæ Specialis*; ad quos provocaſſe ſufficiat, cum tenues noſtras in laudando vires eorundem merita longe excedant. Argumenta vero ab iis deducta præſentis inſtituti anguſtiis includere, aut ponderare profundius ſupervacaneum eſſet, utpote quæ multo dulcius ex ſuo fonte hauriuntur. Sed certe nobis brevior via ſupereſſe videtur. Ita enim dilucidum eſt, per Decreta Baſileenſia reſervationes omnes Dignitatum quarumcunque Electivarum, & Regulas Cancellariæ, atque inter has *tertiam* alias, ſive hodie *quartam*, quæ Præpoſiturarum reſervationem ſtatuerat, ſublatas penitus fuiſſe, ut nihil poſſit eſſe luculentius In Concordato econtra Aſchaffenburgenſi Regula mox dicta minime reſuſcitata fuit. Ex generalibus proinde Principiis hæc eligendi ad Præpoſituras libertas in tuto collocatur. Obſervantia vero ſive praxis, cum varia ſit & dubia, certæ & claræ Decretorum Baſileenſium literæ, quæ ex Principiis ſæpius deductis pro ſe præſumptionem habent & Regulam conſtituunt, prævalere nequit, quid? quod ex ea potius, in quantum præſcriptionis legitimæ

gitimæ vires aſſequi necdum potuit, reformari meretur. Prout Natio noſtra jam inde ab inito Concordato Aſchaffenburgenſi non interrupta ſerie ſemper poſtulavit *a*).

§. XXVIII.

I. Idem argumentum ad Dignitates quascunque alias electivas tanquam ab alternativa quoque Menſium Papalium immunes pertinet, ut ſemper Capitulorum Electio libera locum habere debeat, in quocunque demum Menſe easdem vacare contigerit. A poſtulatis Nationis ſi res ordienda eſſet, *Aviſamen-*

Y 5 ta

a) Conf. ſupra §. 15. Epiſt. MAYERI Cancell. Mogunt. ubi ex reſervatione duarum præpoſiturarum in *Cathedrali Wormatienſi*, & *Collegiata Xantenſi* acerrimæ querelæ obmotæ fuerunt, ita, ut de hisce proviſus AENEAS SYLVIUS ad pacificam poſſeſſionem nunquam pervenerit. Mens pariter & intentio Germanorum compaciſcentium ſatis eruitur ex propoſitis *in diæta Cleri Confluentina* Gravaminibus, ubi §. V. hæc leguntur: *Dantur nonnullæ gratiæ Apoſtolicæ . . . . DD. Cardinalibus, & aliis perſonis ad exceſſivum valorem quandoque multorum millium florenorum, cum quibus acceptantur* MONASTERIA, PRAEPOSITURAE, DIGNITATES, DECANATUS. Reexhibita hæc fuerunt in *Comitiis Wormatienſibus* Anno MCCCCXCV. *ſub* MAXIMILIANO I. celebratis, & in Gravaminibus eidem MAXIMILIANO Anno MDX. oblatis, quorum §. III. in præſenti materia noviter conquerebantur, & in centum illis *Gravaminibus Norimbergenſibus* XIXNUM reſervationi *Majorum* & *Principalium Dignitatum* energice contradixerunt.

ta Conſtantienſia Cap. 3. luculentum præbent teſtimonium, hanc eligendi libertatem quocunque vacationis caſu in votis fuiſſe. Si vero aliquanto remiſſior intuitu ejusdem in Concordato Conſtantienſi ad quinquennium, & futuri Concilii celebrationem uſque fuerat; in Baſileenſibus Decretis eandem ſibi reſtitutam pleniſſime gratulari potuit, quam quoque concluſa interim neutralitate per futuram concordiam conſervari voluit, teſtantibus *Aviſamentis Moguntinis* de A. *MCCCCXL.*, ubi §. 5. hæc ex laudato Decreto Baſileenſi excerpta propoſuit: *Beneficiis autem & Dignitatibus Electivis in Corpore Juris non reſervatis juxta diſpoſitionem Juris communis debite provideatur.* Dum igitur Decretorum Baſileenſium obſervantia Nationi per Bullas Pontificias tam Eugenii IV., quam Nicolai V. adſecurata fuit; eandem in tuto poſitam fuiſſe uſque ad futuram Concordiam, & ſtabiliendam recompenſationis a Curia ſibi ſtipulatæ retributionem nullus ſane ambigendi locus ſupereſt.

II. In hac demum derogatio nulla diſertis verbis oſtenditur. Ubi enim de alternativa Curiam Romanam contingente, quoad Eccleſiarum proviſionem diſponitur §. *de cæteris* verſu *quoties vero. Beneficii* duntaxat nomen adhibetur, quo tanquam generali, & nimium vago in materia odioſa, & ſtrictam interpretationem exigente, qualis eſt reſervationum tam ſolenniter antea ſublatarum

nova

nova inductio, Dignitates Electivæ, ſpeciali prorſus conſideratione dignæ nunquam comprehenſæ intelliguntur.

III. Atque hoc quidem abunde ſufficere poſſet pro libertate Capitulorum, quæ & Juris communis præſumtione, & Decretorum Conciliarium favore, & data ſolenni Curiæ Romanæ fide nituntur, adeoque contrarii probationem, ſiqua ſit, ſecure exſpectare poſſent. Veruntamen & Concordati Aſchaffenburgenſis literam eidem ſuffragari docet Parentheſis, huic eidem §vo interjecta. Hæc equidem plerumque ſolis Præpoſituris, tanquam primis in Germania Eccleſiarum Dignitatibus accommodari ſolet; multo vero potiori jure ad omnes omnino dignitates electivas, tanquam juriſdictionem quandam, curam, aut adminiſtrationem Eccleſiarum, ſive in temporalibus, ſive in ſpiritualibus & diſciplinaribus annexam habentes, & vel inde majores, extenditur. Majorum quippe dignitatum ſignificatus multo latius patet, quam ut eundem ad ſolam Præpoſituram in ſingulis Eccleſiis unam, eamque principalem, ſive abſolute primam coarctari ſanæ hermenevtices regulæ patiantur.

IV. Huic extenſioni aut interpretationi adſtipulantur eæ textus Concordatorum lectiones ſive editiones, quæ loco *principalibus*, *principales* legunt, aut referunt, ita videlicet, parentheſin interjectam, de qua nobis ſermo eſt, concipientes: *Majoribus dignitatibus*

bus poſt Pontificales in Cathedralibus & PRINCIPALES (ſubintelligendo *poſt*) *in Collegiatis Eccleſiis exceptis, de quibus Jure ordinaria providetur per illos inferiores, ad quos alias pertinet b*). Ita enim principales alioquin vigore §vi antecedentis de Electionibus agentis libertati eligendi addictæ ſupponuntur, eo cum diſcrimine quoad Monaſteria ibidem notato, quod illi tantum electi, ſeu quibus providendum eſt, pro confirmatione vel proviſione hujusmodi ad Curiam Romanam venire teneantur, a quorum Eccleſiis pro confirmatione vel proviſione hujuſmodi ad dictamSedem alias conſuevit haberi recurſus. Sunt autem illi præcipue, qui ſimul immediati Status & Principes Imperii ſunt, ut *Elvacenſis*, *Berchtolsgadenſis*, & quondam *Weiſſenburgenſis*, ante unionem Menſæ CELSISSIMI EPISCOPI SPIRENSIS inde ab Anno MDXLVI. factam, quorum Præpoſituræ vel inde principales dicuntur. Hanc vero lectionem multo magis connaturalem, & attentato Literarum Apoſtolicarum in forma Bullæ conſueto abbreviandi ſtylo, admodum veriſimilem eſſe, prudens quisque nobiscum facile conveniet. Ea porro ſuppoſita omnia illa argumenta, quæ a laudatis §vo antecedente Authoribus pro exceptione Præpoſiturarum ab alternativa Menſium Papalium afferuntur, ad libertatem eligendi quoad digni-

b) Ita pariter habet Editio Corp. Juris Pub. Academ. adornata a J. JAC. SCHMAUSSIO, quæ in manibus omnium verſatur.

nitates quaſcunque electivas, ſive majores, Capitulis reſtitutam, vel, quod idem & perinde eſt, ad earundem a dicta alternativa immunitatem applicantur.

V. Eo quoque iteratæ toties in Gravaminibus tum Comitiorum, tum Conventuum & Unionum Cleri de violato Electionum Jure querelæ adſtipulantur. Et ſi nationales quandoque Indultarii ſive Cardinales, ſive Electores, quos præcipuos potius ſuarum libertatum protectores & conſervatores Germanicæ Eccleſiæ deſiderant, & jure merito exſpectare deberent, ipſimet ſubjectis ſibi Capitulis obſtiterunt; propriæ potius convenientiæ, quod dolenter referendum, velificati ſunt, & tanquam partes, privatis commodis intenti, Juribus Nationis publicis clam & per præpotentiam ſuis ſubjectis Capitulis merito formidandam, officere haud potuerunt. Imo & quotiescunque in judicium attentata ejusmodi deducta fuerunt, Cæſarem Libertatum Eccleſiæ Germanicæ tutorem & vindicem ultorem ſenſerunt, ut inter exempla non pauca illud ex Diœceſi Spirenſi ſuperius relatum oſtendit *c*). Alterum ſuppeditat inſignis Collegiata ad SS. PETRUM & ALEXANDRUM Eccleſia Aſchaffenburgi, dum vacante in Menſe Papali Decanatu Eminentiſſimus Elector, re Facultatis ſuæ Juridicæ Moguntinæ conſilio ponderata, ab immedia-

ta

c) Conf. Epiſtola CAROLI VI. ſupra §. 21.

ta proviſione abſtinendum , & liberam electionem Capitulo ſapientiſſime non minus, quam juſtiſſime relinquendam duxit.

§. XXIX.

I. Quoad beneficia inferiora mere collativa Natio Germanica tantiſper remiſſior fuit, & præcipue ampliorem quandam horum reſervationem poſthac retinuit. Præter eas enim , quas ultra Jus commune ampliſſimæ illæ Extravagantes *Execrabilis* & *Ad Regimen* in caſibus ſpecialibus ibidem expreſſis induxerunt, alternativæ quoque Menſium æqualis poſthac continuationem, uſque ad futurum Concilium, in quo aliter cum conſenſu Nationis ordinatum fuerit, Sedi Apoſtolicæ loco redhoſtimenti illius in Bulla EUGENII IV. *Ad tranquillitatem* deſiderati adconſenſit. Unde licet quoad hæc vinculum aliquanto durius ſuperſit; Ordinariorum tamen quorumcunque libertati aliquatenus etiam fuit proſpectum, ne in deterius omnino prorueret, & adverſus futuras quaſcunque alias reſervationes non minus, quam contra jam extantes eo tempore, in Concordato tamen Aſchaffenburgenſi directe non comprehenſas, abunde cautum fuit.

II. Germania quippe eaſdem acceptans, certas quoque limitationes & modos adjecit, ſibique præſervavit. Nam primo reſervationem

tionem Juris ſcripti dictam, ſive clauſam in Corpore Juris communis licet Patres Baſileenſes adoptarint, Natio tamen duas limitationes adjecit: *Circa hoc tamen dignetur S. Concilium Jus commune revocare, quod Papa bujusmodi beneficia in dicto Decreto ſibi reſervata conferat intra ſpatium unius Menſis alioquin ordinarii conferre valeant; quodque proviſi a Papa infra quatuor menſes Ordinariis ſuam proviſionem ſub pœna amiſſionis Juris iufirmare debeant.* In prima parte Germania ſibi præſervatum voluit Cap. *ſtatutum* III. *de Præb. in* 6., ubi Gregorius X. facultatem conceſſit, ut ii, ad quos beneficiorum & dignitatum ſpectat collatio, demum poſt Menſem a die, quo ipſa vacaverint, numerandum, conferre valeant. Unde collationem beneficiorum ſic reſervatorum intra Menſem a die factæ vacationis a Summo Pontifice hodiedum maturari neceſſe eſt. Neque vero hic Menſis a die habitæ notitiæ, ſed a die factæ vacationis computari debet. Ita enim Gregorius ipſemet a die, *quo ipſa vacaverint*, id eſt, quo vacatio contigerit, non vero innotuerit, terminum hunc computandum ſtatuit. Nulla quippe hic ſuppletio vel pœna negligentiæ, quæ notitiam vacationis exigit, & ab ignorante non committitur, ſubintrat; ſed, ceſſante reſervatione ad certum terminum reſtricta, ordinaria poteſtas ab ipſomet Jure reſuſcitatur, & a Gregorio X. tanquam libera & ab omni vinculo expedita reſtituitur.

II.

II. Ex quo ulterius colligitur, intra eundem quoque Menſem legitimam inſinuationem a Proviſo perficiendam eſſe, ſicut ſpectato Jure communi perfici debuiſſet. Cum ad nullum hic Impedimentum, utcunque juſtum, ex ratione mox allegata, & ex iis, quæ infra intuitu Menſium Papalium latius deducentur, reſpiciendum ſit. Neque etiam trimeſtre ad apparendum Proviſo per Concordatum Aſchaffenburgenſe indultum huc pertinet, ſed illam tantum proviſionem Apoſtolicam concernit, quæ in vim alternativæ Menſium introducta fuit. Quoties vero diverſa pro diverſis caſibus tempora & termini conſtituuntur, quivis caſus ſuum terminum retinere ſolet, quin ideo, præſertim ubi evidentiſſima rationis diſparitas militat, argumentum a ſimili recte procedat. Menſe itaque hoc elapſo, ſive Collocatio a Pontifice omiſſa, ſive legitima illius inſinuatio a proviſo neglecta, aut quomodocunque omiſſa fuerit, collocatio ad eos, ad quos alias pertinet, Ordinarios Jure poſtliminii revertitur, ut nimirum vel per ſe ipſos, vel quibus id canonice fuerit commiſſum, conferre valeant.

III. Luculentius id demonſtrat altera limitationis adjectæ pars, *quod videlicet proviſi a Papa infra quatuor menſes ſuam proviſionem Ordinariis ſub pœna amiſſionis Juris inſirmare debeant.* Quam erronee omnino aliqui ex ſolo

ſolo arbitrario corrigendi pruritu immutant, verbo: *infirmare* aliud: *inſinuare* temere ſubſtituentes, quod toto cœlo ab intentione Nationis acceptantis & modificantis aberrat. Nihil quippe in materia beneficiali inſolitum & novum eſt, impetrantes æque ac litigantes ad certos temporum terminos, quantum poſſibile eſt, breviores ſub pœna amiſſionis Juris quæſiti coarctari, & lites deſuper plerumque cum ſcandalo, cum detrimento Eccleſiarum aliquo ſemper, ſiquidem hæ neceſſariis miniſtris diutius deſtitutas ſe videant, ſuſcitatas maxime abbreviari. Cujus rei exempla quamplurima & Jus commune *d*), & Regulæ ipſæmet Cancellariæ exhibent *e*). Id quod intuitu reſervationis clauſæ

d) Sic Clement. un. de Conceſſ. Præb. & Eccleſ. non vac. in verbis: *Ceterum, ut tam diuturnis vacationibus, quam fraudibus & litibus occurratur, prædictæ vacationis notitiam impetrantem interpretamur habere, ex quo ipſa vacatio in loco, vel Eccleſia hujusmodi Beneficii publice nota erit. Imputet quidem ſibi, ſi hoc caſu, quo de ipſius commodo agitur, id, quod per ſe, vel per alium ſcire potuerit, ignoravit.*

e) Vid. Regul. Cancell. XXXV. *de annali poſſeſſore*: Item SS. D. N. ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod .... *infra ſex Menſes* ipſum poſſeſſorem ad judicium evocari facere, cauſamque ex tunc deſuper *infra* annum uſque ſententiam diffinitivam incluſive, proſequi debeat & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde ſequuta nullius exiſtant firmitatis.

ſæ in Corpore Juris communis, ſive beneficiorum in Curia per obitum vacantium tanto efficacius obtinet, cum ejus introducendæ ratio præcipua maturior Eccleſiarum proviſio extiterit, & ex Jure præventionis Summo Pontifici alias aſſerto, quem vero rurſus Ordinarii per ſuos Agentes adeo in Curia Romana ad hunc effectum conſtitutos prævenire & ipſi contendebant, ſuam originem duxerit *f*). Ad hanc litium de reſervationibus foveri ſolitarum multitudinem ac diuturnitatem, tum ſubſequum exinde Eccleſiarum ſuis certis Miniſtris & Rectoribus carentium detrimentum, Ordinariorum ipſorummet ancipitem diu hæſitationem reſpexiſſe Baſileenſes, & Germanos iis innixos ex tenore Decretorum, præcipue Decreti *Placuit* g), ſatis conſtat. Ad has igitur avertendas, ſup-

f) Conf. Barthel Diſſert. 3. de Concord. Cap. 2. §. 6. 7. & 11.

g) *Lites innumeræ & contentiones inter ſervos Dei excitantur, rancores & jurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fovetur ambitio, facultates & pecuniæ regnorum & provinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes diſcurrendo ad Romanam Curiam innumerabiles vexationes ſubeunt, & inter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, occiduntur, ac variis affliguntur peſtibus: atque etiam ſuis patrimoniis ac parentum opibus exhauſtis gravi egeſtati ſubjacere coguntur .... Quæ omnia gravem confuſionem ſtatui Clericali & ſacerdotali in diſpendium Divini cultus & præjudicium publicæ ſalutis afferunt: poſſentque graviorem in futurum afferre ruinam, rebus his in deteriora prolabentibus, niſi provideretur in adverſum.*

ſuppoſita aliquarum reſervationum retentione, nihil magis neceſſarium fuit, quam & reſervationum retentione, nihil magis neceſſarium fuit, quam & reſervationes ſive reſervatorum beneficiorum impetrationes atque collationes, & lites deſuper orituras certis terminis includi, quorum transgreſſionem nulla prorſus excuſatio ſalvaret, ne videlicet novarum litium rurſus ampla ſeges alias ſuccreſceret.

§. XXX.

Sublata in Concilio Baſileenſi Extravagans: *Execrabilis*, per Concordata vero Aſchaffenburgenſia reintroducta ita limitata & modificata fuit, ut

I. Reſervatio unius tantum ex beneficiis incompatibilibus de facto ſimul retineri attentatis in Germania locum habeat. Nam quidquid antea ex amplitudine literæ dictæ Extravagantis, prout nunc in Corpore Juris exhibetur, pro aſſerenda utriusque beneficii reſervatione Interpretes in utramque partem etiamnum diſceptaverint; Germanis certe non illa, ſed Concordati Aſchaffenburgenſis tenor unica norma eſt. De utriusque vero beneficii reſervatione altum animadvertitur ſilentium, ſiquidem verba, in quibus dictæ Conſtitutionis retentio ſtabilitur, non alia deprehenduntur, quam iſta: *Nec non etiam per*

Z 2 *aſſe-*

aſſecutionem pacificam quorumcunque Prioratuum, Perſonatuum, Officiorum, Canonicatuum, Præbendarum, Eccleſiarum aut Beneficiorum aliorum, per nos ſeu Autboritate noſtrarum literarum immediate collatorum ſeu conferendorum impoſterum, præterquam ſi virtute gratiæ exſpectativæ aſſecutio fiet, nunc vacantia, & in antea vacatura. . . . Ordinationi, diſpoſitioni ac proviſioni noſtræ, reſervamus. Quapropter Ordinarios Germaniæ utriusque Beneficii reſervationi ſemper obſtitiſſe experientia teſtatur *b*).

II. Altera quoque modificatio ex verbis ſubſequentibus: *per nos, ſeu Authoritate noſtrarum literarum immediate collatorum, ſeu conferendorum impoſterum* emergens Ordinariis Germaniæ apprime ſuffragatur, ut reſervatio effectum ſuum tunc demum nanciſcatur, quando ſecundum beneficium cum primo vere incompatibile *a Summo Pontifice*, non autem, ſi

b) Conf. BARBOSA *Collect. Doct. in Extrav.* IOANN. XXII. *de Præbend. & dignit. Tit. III. N.* 10. Ubi hanc utriusque Beneficii reſervationem jam antiquatam eſſe & ita ſemper vidiſſe practicari, & nunquam de tali reſervatione vidiſſe mentionem aut exiſtimationem fieri teſtatur, allegans inſuper REBUFFUM *in praxi Benefic. in forma ſignaturæ verbo: aut Conſtit. Execrabilis* idipſum de Regno Galliæ atteſtantem. Majus fundamentum ſuffragatur Germanis, dum Concordatum Aſchaffenburgenſe ſolius & unius primi, cujus vacatio per pacificam & frugiferam aſſecutionem ſecundi incompatibilis immediate per literas Apoſtolicas obtenti inducitur, reſervationem exprimit.

ſi Authoritate Epiſcopi Ordinaria fuerit collatum. Id ipſum quoque recte ſubintrat in caſu, ubi Epiſcopus, aut Cardinalis, vel quiscunque alius indulto quodam Apoſtolico munitus, atque ideo vi ejusdem beneficium alias reſervatum conferret. Nec enim tum immediate proviſus Authoritate aut vigore literarum Pontificis, ſed indultarii beneficium ſuum conſequitur; adeo, ut nec ipſa nova proviſio Romæ propter emolumentum Curialiſtarum recipi ſolita attentionem mereri ipſimet RIGANTIO videatur *i*); & praxin ipſam hujus aſſertionis veritati reſpondere idem locupletiſſime teſtatur *k*).

III. Ab hac demum porro reſervatione in Germania eximuntur illa beneficia, quorum plenaria & frugifera poſſeſſio nondum habetur. Quare in illis Germaniæ beneficiis, ubi per plures annos, ut vocari ſolent, *carentiæ*, & quousque nulli fructus, vel ſalem non integri, atque ad congruam inſufficientes percipiuntur, ſub hac reſervatione comprehendi non poſſunt, neque primum per conſecutionem alterius Jure vacare cenſetur, adeoque Sedi Apoſtolicæ reſervatum eſſe ſuſtineri nequit, uſque dum demum exantlatis Carentiæ annis plenaria ſecundi beneficii, & ad congruam ſatis frugifera poſſeſſio obtenta fuerit

i) In Reg. I. Cancell. §. VIII. Num. 186. & 187.

k) Conf. idem RIGANTIUS Loc. Cit. ad Reg. Cancell. I. §. 9. Num. fin.

erit. Quemadmodum autem taliter proviſus ad frugiferam beneficii poſſeſſionem non admittitur; a fortiori ſane, ſi ex titulo primi beneficii ad Sacros Ordines admiſſus fuerit, contra ſanam Concordatorum, & ipſius Tridentini mentem non ſine manifeſta injuria adigeretur, ut primo beneficio pacifice hactenus poſſeſſo, ſecundo ſolum, eoque adhuc ſterili contentus, quamprimum renuntiet. *l*)

§. XXXI.

I. Reſervationes in Extravagante *Ad Regimen* comprehenſæ, quemadmodum quoad dignitates electivas modificatæ ſint, jam ſupra deductum fuit. Quoad beneficia vero inferiora collativa in duas claſſes non incongrue diſpeſcuntur. *Prior* ea reſpicit, quæ per promotionem in Curia vacare dicuntur. *Poſterior* Beneficia a certis Curialibus poſſeſſa comprehendit, quæ per eorum obitum vacant, & ideo Curiæ Romanæ reſervata ſtatuuntur.

II. Quoad priorem claſſem libertas Ordinariorum ſupereſt, ſi (1) promovendi ante actua-

l) Idipſum nihilominus jam ſæpius Romæ practicatum fuiſſe, præcipue *in cauſa Spirenſi inter DD.* LOTHARIUM FRIDERICUM DE WALD, & THEODORUM DE HORPHLAT deſuper controverſa, RIGANTIUS comment. in Reg. I. Cancell. §. 8. num. 148. multis refert.

Digitized by Google

actualem promotionem eadem dimiſerint. Sic enim, ne per promotionem vacent, nec ſub conventam in Concordato Aſchaffenburgenſi legem cadant, contingit. Suo vero Jure renuntiantes Germani electi recte uti cenſentur, dum lex nulla eosdem prohibet. Regulæ enim Cancellariæ III. & XXVI., quæ reſpective ejusmodi renuntiationes prohibere videntur, utpote Concordato Aſchaffenburgenſi prorſus incognitæ ad Germanos quoque nullatenus attinent *m*). (2) Quæ vero ante promotionem dimiſſa non ſunt, uti per ipſam vacant, ita Curiæ Romanæ collationi diſceptari nequaquam volunt; una tamen collatione contentam eam eſſe merito Germani Ordinarii expoſcunt, ut ſaltem poſt mortem eorum promotorum, qui una cum dignitate per Electionis confirmationem obtenta ex indulto Sedis Apoſtolicæ ejusmodi beneficia reretinuerunt, libera Ordinariis collatio manere debeat, quam nulla quævis diſpoſitio, multo minus Clauſula diſpoſitionum ejusmodi acceſſoria, & indultis ſimilibus adjici ſolita: *Suſpenſo vacationis effectu usque ad tempus obitus*, impedire poſſit.

III Altera claſſis beneficia certorum Romanæ Curiæ Officialium ſolitariæ & privativæ

 Pon-

m) Conf. Zech. de Jure Rer. Eccleſ. Part. poſter. Sect. III. Tit. IX. § 134. Adde Eſpen. Jur. Eccleſ. Univ. Part. II. Tit. XXVII. Cap. IV. num. VI.

tificis diſpoſitioni & collationi reſervata comprehendens, ſalvam tamen & intactam Ordinariorum in conferendo libertatem relinquit; (1) Si demortui ejusmodi Officiales beneficiorum poſſeſſores in certo numero per Concordata Aſchaffenburgenſia taxative & reſtrictive expreſſo, qui alioquin peramplus eſt, non ſint comprehenſi. (2) Si officia ejusmodi tanquam meri honorarii & titulares vel plane non, vel ſaltem non amplius *actualiter* tempore mortis tenuerint; ſed depoſita jam antea ſua Curialitate obierint *n*). (3) Si extra

n) Vid. Fabri Staats-Canzley Tom. 9. pag. 769. Cap. 11. præcipue Copia literarum Electorum, Principum & Statuum Catholicorum Num. 2. *Cum autem, Beatiſſime Pater, hujusmodi narrativa, quod dignitates & Beneficia quæcunque Eccleſiaſtica per obitum olim familiarium, etiamſi ab officio, familiaritate aut vera commenſalitate receſſerint, & tempore obitus in ea amplius non extiterint, in locis ubi concordata Germaniæ vigent, in quocunque Menſe Vacantia, ſolius ſanctæ Sedis Apoſtolicæ proviſioni, & diſpoſitioni reſervata eſſe debeant, toti Nationi Germanicæ, omniumque ſub ea Natione Comprehenſorum Collatorum, vel Jus eligendi vel præſentandi habentium, nimium quantum diſpendioſa exiſtat, totalemque Concordatorum prætactorum ſubverſionem & deſtructionem involvat, probe conſiderato, quod in § III. Concordatorum hujusmodi reſervationes perſonales modificatæ ſint, adeoque expreſſe ac diſerte quaſi generali regula & pacto perpetuo cautum fuerit, quod ea ſola duntaxat officialium familiarium & verorum commenſalium dignitates & beneficia Eccleſiaſtica absque ulla diſtinctione in Imperio in quibuscunque menſibus, ubique extra Romanam Curiam vacantia, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni re-*

tra Curiam Romanam & in locis ultra duas diætas diſſitis mors eorundem ſucceſſerit. Nam de ſolis Legatis vel Collectoribus ſeu Rectoribus aut Theſaurariis ampliatio iſta ſtatuitur: *Ubicunque eos rebus eximi contigerit ab humanis*; & tanquam exceptio proinde regulam in oppoſitum firmat. Id quod intuitu beneficiciorum a Cardinalibus Germanis poſſeſſorum eorumque obitu extra Curiam ſecuto vacantium frequentem admodum in Germania uſum habere poterit *o*).

 §. XXXII.

ſervata eſſe debeant, quæ obtinebuntur ab iis, qui tempore ſui obitus adhuc in actuali officio, ſervitio aut vera commenſalitate extiterint, non vero illorum, qui ab officio, familiaritate aut vera commenſalitate ante obitum jam pridem receſſerunt, & familiares eſſe deſierunt, uti in caſu præſenti memoratus WILHELMUS *ultra XXX. annos ante obitum ab omni officio, vera commenſalitate & familiaritate receſſit, & extra Romanam Curiam intra Imperii Romano-Germanici viſcera* SALISBURGI *in humanis eſſe deſiit, adeoque læſionem & ſuperverſionem Concordatorum ex ejus perſona, & illius jam dudum ante triginta & plures annos ceſſante actuali officio, familiaritate & vera Commenſalitate, aliquod gratiæ & proviſionis Apoſtolicæ fundamentum in Imperio nullatenus deſumi potuerit &c. &c.*

o) Inde novimus Capitula & Conventus Eccleſiarum Germanarum, quarum Epiſcopi aut Abbates Purpura Romana inſigniri meruerunt, non prius de impetrandis eligendi indultis ſollicita fuiſſe, quam cum iidem perſonaliter ad Curiam Romanam accedere intenderent. Sic PIUS II. ſub dato Mantuæ MCCCCLIX. Sexto Kalendas Novembris Pontificatus ſui anno 2do indulſit Capitulo Auguſtano, ut ad novi Antiſtitis

§. XXXII.

I. *Alternativa* demum *Menſium* alias vigore Regularum Cancellariæ inæqualis in favorem Ordinariorum Germaniæ in æqualem, eamque illimitatam, & a dura alias conditione continuo in Eccleſia ſua reſidendi nunc abſolutam per Concordatum Aſchaffenburgenſe immutata, & a Natione alteram medietatem compenſationis loco Pontifici retribuente, dimiſſo eatenus ampliori Decretorum Baſileenſium favore, acceptata fuit. In is proinde menſibus, qui Ordinariis indiſcrimi-

Electionem devenire poſſet, ſi contigiſſet obitus Cardinalis DE STARENBERG apud Sedem. Clemens IX. anno primo ſui Pontificatus nempe MDCLXVII. octavo Idus Julii indulſit Canonicis Eccleſiæ Tridentinæ facultatem eligendi, etiamſi Cardinalis DE HARRACH, qui eidem Eccleſiæ præerat, deceſſiſſet *in Curia*. Capitulum Argentinæ obtinuit a Ss. Mem. Clemente XI. Indultum eligendi, ſi Deo placuiſſet, quod Eminentiſſimus & Reverendiſſimus D. Cardinalis DE ROHAN ejus Præſul, qui Romam poſt Pontificis obitum accedere debebat, ibidem diem clauſiſſet extremum. INNOCENTIUS quoque XIII. ſimile Indultum Capitulis Ratisbonenſi & Friſingenſi conceſſit, etiamſi hujusmodi Eccleſiæ in Curia vacaſſent juxta Decretum ſub die XVII. Julii MDCCXXI. Quæ aliter aut ſuperflua cautelæ cauſa anxie nimis impetrata aut acceptata fuerunt vel a ſingularibus quibusdam Capitulis, aut etiam integris particularibus Capitulis, integræ Nationis juribus ex litera Concordati Aſchaffenburgenſis relucentibus officere non potuerunt I.

minatim addicti fuere, exceptis reſervationibus mox allegatis & modificatis, reliquæ omnes ſive jam tum ex quibuscunque aliis conſtitutionibus Pontificiis, extravagantibus, vel regulis Cancellariæ extantes, ſive etiam poſthac conſtituendæ aut inducendæ efficaciſſime excluſæ, ſublatæ & peremptæ ſunt, ut in eorundem odium & præjudicium nunquam allegari queant. Ita enim ſancte appromittit, quod *per quamcunque reſervationem, gratiam exſpectativam, aut quamvis aliam diſpoſitionem, ſub quatunque verborum forma per eum, aut ejus auctoritate factam vel fiendam non impediturus ſit, quominus de beneficiis in his Menſibus vacantibus libere diſponatur per illos, ad quos collatio, proviſio, præſentatio, Electio aut quævis alia diſpoſitio pertinebit; reſervationibus aliis, aut promiſſis ac diſpoſitionibus Authoritate ejusdem Domini noſtri Papæ factis vel faciendis non obſtantibus quibuscunque.*

II. Unde (1) Regulæ Cancellariæ, quæ de reſervationibus Beneficiorum aliorum, quam quæ in extravagantibus ſæpe relatis comprehenſa ſunt, ſtatuunt, reſpectu Ordinariorum Germaniæ perpetuo mortificatæ dignoſcuntur.

(2) Conſtitutiones quoque variæ extant inter *Extravagantes communes* novarum reſervationum aut inductivæ aut ampliativæ, quæ licet nunc in Corpus Juris communis, retento

to priſtino nomine, irrepſerint; legis tamen vigorem adverſus Germanos Ordinarios eatenus haud exerunt tanquam Concordatis poſteriores *p)*.

(3) Eadem ratio & poſthumum geneſis ſuæ tempus ea vi Bullas Pontificias quammultas in Bullario relatas *q)* deſtituit.

(4) Multo magis exſpectativæ omnes ceſſant, queis Ordinarii Germaniæ ſuis in Menſibus gravari nunquam poſſunt, utpote diſerta litera mox præmiſſa excluſæ.

(5) Jus præventionis, vel ſimultanei concurſus in Collationibus Beneficiorum in menſibus Ordinariorum vacantium eadem gene-

p) E C. Extrav. *Ad Romani.* XIV. de Præb. & Dignit. inter Commun.

q) Sic Bulla Pii V. quæ incipit: *Romanum Pontificem*, reſervantur beneficia recepta *in ſimoniacam confidentiam.* Ejusdem rurſus Bulla *In conferendis*, per quam reſervantur Parochiæ non collatæ per concurſum. Et altera, quæ incipit: *Sanctiſſimus in Chriſto*, vi cujus reſervantur omnia beneficia, Sede Epiſcopali vacante. Bulla Alexandri VI. *In eminenti*, qua reſervantur beneficia eorum, qui offendunt litigantes in Curia Romana, eorum Judices, Advocatos, Teſtes, Procurat. & Notarios. Gregorii XIII. *Humano vix judicio*, quæ reſervat beneficia reſignata, quorum reſignatio non eſt publicata juxta formam a dicta Bulla præſcriptam Germanos Ordinarios non obſtringunt.

generalitas verborum ſatis perimit. Hoc enim adhuc ſubſiſtente, ſive non ſublato, diſpoſitio quædam pontificia contra diſertam fidem datam Jus liberæ per ſex Menſes collationis Ordinariis aſſertæ vacuum omnino redderet, & ſtabilita tam ſancte Menſium alternativa in nihilum rurſus recideret, ac manifeſta inter utroſque paciſcentes inæqualitas induceretur. Specialis præterea Decretorum Baſileenſium acceptatio Germanis aſſiſtit. Nam cum Decretum Seſſ. XXXI. Jus præventionis, ſublatis licet Reſervationibus omnibus, intactum & ſalvum vellet in verbis: *Neque etiam collationes per præventionem fiendas intendit impedire.* Natio mox advertit, quanta quamque lata exinde porta rurſus aperiretur Curiæ in beneficia Germaniæ denuo ſe ingrediendi. Unde ſupplicavit addita hac declaratione id mitigandum eſſe: *Quod vigore horum Decretorum non intenderet tollere inferioribus Collatoribus Ordinariis tempus Lateranenſis Concilii, quodque ante ipſius lapſum non habeat locum præventio.* Et quamvis huic Germanorum ſupplicationi Concilium poſthac, ſublata per neutralitatem interim amplexatam arctiori utrinque communione, ſpecifice detuliſſe, & Decretum mox allegatum ſuſtuliſſe, limitaſſe aut declaraſſe non legatur; Ipſi tamen Pontifices Eugenius IV. & Nicolaus V. iterato Decretorum eorundem una cum modificationibus, quibuscum recepta fuerunt, obſervantiam adſecurantes, & ſe iiſdem non

con-

contraventuros, nec contravenientibus conſenſuros quovis modo promittentes id ampliſſime ceſſerant & abdicaverant *r*); quod ut recuperarent, expreſſa certe ſtipulatione opus fuiſſet. Hac vero omiſſa, Jus priſtinum Nationi quæſitum non mutatum, imo generali cujuscunque diſpoſitionis Pontificiæ excluſione, tum per Clauſulam: *In aliis autem* inferius Concordato Aſchaffenburgenſi denuo adjectam, expreſſe firmatum colligitur.

(6) Ceſſat proinde & omnis alia Pontificia beneficiorum Germaniæ diminutio, per quam invitis Ordinariis integræ, perfectæ, & in pleno vigore ſuo conſtitutæ eorum conferendi poteſtati ſive diſmembrando, ſive uniendo, vel commendando, penſionibus & oneribus perpetuis poſt mortem proviſi duraturis gravando quidpiam detrahitur. Quod enim Epiſcopis in præjudicium Patroni interdictum cenſetur, idipſum Pontifex omnimodam & pleniſſimam ab omni præjudicioſa diſpoſitione Ordinariis inferioribus libertatem aſſerens a ſe abdicatum voluit.

(7) Verbo: tanta tamque exacta fuit ſolicitudo in hac ſaltem dimidia quoad Colla-

r) In Bulla: *Ad tranquillitatem* §. 4. *Permittentes interim & indulgentes, quod omnes & ſinguli, qui præfata Decreta receperunt, vel recipientibus, ut præmiſſum adhæſerunt in præfata Natione, illis ſimiliter cum modificationibus, quibus recepta ſunt, libere & licite uti poſſint.*

lationem Beneficiorum Ordinariis adſecurata libertate, ut repetitis ad ſuperabundantiam uſque vicibus obſtantia quæcunque, quovis demum nomine veniant, removeri voluerint. Ex quibus luculentiſſime pateſcit, nihil fere Summis Concordantibus ita curæ cordique fuiſſe, quam ut perfecta, integra ac inviolabilis prorſus in dimidia ſaltem Menſium parte Ordinariis conferendi libertas ſtabiliretur, ac de iis libere diſponeretur per illos, ad quos collatio, proviſio, præſentatio, Electio, aut alia quævis diſpoſitio pertinet.

§. XXXIII.

Quoad alteram vero Menſium, qui alias Sedi Apoſtolicæ reſervati ſupponuntur, medietatem, Natio Germanica recuperatam per Decreta Baſileenſia libertatem tam ſolicite conſervare non ſtuduit; ſed in ea recompenſationem eidem Sedi retribuendam, quam Pontifex expetierat, generoſa quadam dati alicujus ſive remiſſi in tranſactione qualibet requiſiti oblatione, quo ad magnam partem conſtituit. Sed in his quoque

(1) Sua Ordinariis libertas terminis omnino affirmativis & ampliſſimis eo in caſu præſervata fuit, ſi de beneficiis in aliquo horum Menſium vacantibus intra tres Menſes a die notæ vacationis in loco beneficii non apparuerit, quod alicui de illo Apoſtolica authoritate

ritate proviſum fuerit. Ex tunc enim, dummodo non antea, Ordinarius, vel alius de illo *libere* ut diſponere poſſit, conceſſum reperitur. Eadem nimirum, quæ Jure primævo & communi competiit, per Decreta Baſileenſia revixit, libertas poſt lapſum hujus termini integra, ad actum ſuum ſecundum ſive exercitium, quod reſervatio ad eundem coarctata impediverat, revertitur. Imo eadem prorſus ex adjecta particula *libere* Jure non immerito infertur, quæ in anteriori §vo pro Menſibus Ordinariorum dictis aſſerta fuit, ut PICHLER Jur. Can. Lib. III. Tit. V. Num. 55. non inconcinne argumentatur *s*). Jure autem devoluto & in pœnam negligentiæ collationem Ordinariis non addici, & ratio mox al-

s) *Præfata Concordata Germaniæ, ſi a Papa proviſus intra trimeſtre non apparuerit, ſcilicet cum effectu, abſolute collationem concedunt inferioribus & ordinariis Collatoribus, omnemque ulteriorem reſervationem terminis generalibus, qui in hac materia favorabili ample & generaliter accipiendi ſunt, auſſerunt; ſic enim §. 4. ſonant, quod per quamcunque aliam reſervationem, gratiam exſpectativam, aut aliam diſpoſitionem ſub quacunque verborum forma factam vel faciendam nolit impedire Papa collationem inferiorum reſervationibus, aliave quavis diſpoſitione, authoritate noſtra factis vel faciendis non obſtantibus quibuscunque. Ergo ſemper & quotiescunque, & ex quacunque cauſa non providit Papa intra tres menſes, collatio devolvitur ad Collatores ordinarios.* Conf. REIFFENSTUHL ad Jus Canon. L. 3. Tit. 5 n. 565. SCHMALZGRUBER ibid. num. 321. GRENCK. in Exam. Jur. Can. L. 3. Tit 5. q. 63.

allegata, & regiminis in Eccleſia hierarchici indoles, & litera Concordati Aſchaffenburgenſis terminum hunc trimeſtrem a die vacationis in loco beneficii, non vero Collatori aut in Curia notæ computandum ſtatuens. Unde

(1) Rurſus nullum ſive Collatoris ſive proviſi impedimentum, utcumque legitimum, ullatenus hic attendendum eſſe conſequitur. Siquidem trimeſtre hoc proviſionibus Pontificiis reſpectu beneficiorum in Menſibus Papalibus vacantium per modum conditionis præfigitur, qua non impleta & purificata Ordinarius Jus conferendi antiquum, & per Decreta Baſileenſia jam antea illimitate reſuſcitatum, per Concordatum vero Aſchaffenburgenſe ad tres Menſes impeditum, nunc ſaltem his fruſtra elapſis denuo reviviſcere debeat. Ubi vero certi dies & termini per modum conditionis, in ordine ad finiendam aliquam obligationem, præfiguntur, impedimenti omnis ceſſare intuitum & Leges & Canones ſanciunt *t*). Id certe vox: *quoties*, indigitat, nullius, utcunque juſti, impedimenti exceptionem & excuſationem Curiam Romanam, ut debuiſſet, ſtipulatam ſibi fuiſſe. Quam ob cauſam

(2)

t) L. 31. ff. de cond. & demonſt. & L. 4. C. de Condit. inſert. Conf. Clement. un. ſupra cit.

(2) Natio Germanica declarationem Gregorii XIII. die I. Novembris MDLXXVI. editam ſibi obtrudi Jure merito detrectavit, & uti ſæpe alias, ita maxime *per Concluſum Conſilii Imperialis Aulici* de III. Julii MDCCXLVII. ſibi proſpexit (*u*), cui alia bene multa accedunt *ab illuſtriſſimo* Cramero recenſita *x*), quibus idem *Auguſtiſſimum tribunal* Art. XIV. Capitulationis Cæſareæ inhærens contra Proviſos Papales, qui proviſionis ſuæ diploma intra trimeſtre quidem in Curia ſignatum & expeditum, in loco tamen beneficii rite non præſentaverant aut inſinuaverant, proviſis Ordinariorum efficaciſſime aſſiſtentiam ſuam & protectionem impertitum fuit.

(3) Et ipſum quoque tempus Sedis Papalis vacantis, currente eodem trimeſtri, inci-

u) Vid. Vollſtändige Sammlung von Actis publicis und Staatsſchriften unter Franz I. Tom. 6. Cap. 5. pag. 209. & ſeq.

x) In Syſtem. Proc. Imp. ſeu Suprem. Auguſt. Tribun. P. IV. Sect. 7. Tit. 12. de Cauſ. benef. a. §. 2398. - 3400. incluſ. ubi inter exempla eorum proviſorum ab Ordinariis, qui propter neglectam intra trimeſtre a proviſis Papalibus ſuæ proviſionis legitimam inſinuationem Cæſarea protectione muniti fuerunt, illud notari meretur, quod Die XVI. Octob. Anno MDCCLIII. ſub Rubrica Canonici Mantel ſive *Dua Principiſſa & Abbatiſſa in Eſſen & Thoren* contra Carolum Raimond puncto Præbendæ Thorenſis allegatur.

tidens libertati Ordinariorum indiſcriminatim poſt ejus lapſum reſtitutæ remoram non injicere idem Auguſt. Tribunal pronuntiavit *y*). Denique.

(4) Si vacatio beneficii Sede Papali jam vacante in menſe aliquo alias Sedi Apoſtoli-

 cæ

y) Vacaverat enim per obitum Domini DE KORFF die XXV. Januari Anno MDCCLXIX. adeoque in Menſe Papali demortui Præbenda Cathedralis Eccleſiæ Oſnabrugenſis; cujus vacationis notitiam Romam delatam inſecuta die 11da Februarii mors CLEMENTIS XIII. prævenerat. Hoc non obſtante poſt trimeſtre Turnarius Dominus DE BEVERFORDE Domino DE MORSEY de eadem Præbenda providit; qui a comparente poſtmodum die XXVII. Julii ejusdem Anni proviſo Apoſtolico Domino DE WREDE IN MESCHEDE impugnatus pleniſſime in Conſilio Imperiali Aulico evicit; prout Concluſum eiusdem Auguſtiſſimi Tribunalis edocet de XIII. Martii MDCCLXX: ſub rubro: v. WREDE zu MESCHEDE Freyherr contra v. MORSEY Freyherrn, dann den Dom-Capitularen von BEVERFOERDE und das Dom-Capitul zu Oſnabrügg:

Ihro Kaiſerl. Majeſtät hätten hieraus ſowohl, als aus deſſen ſelbſt eigener allerunterthänigſten Vorſtellung erſehen, was derſelbe für eine vermeyntliche Proviſionem Apoſtolicam nicht nur erhalten, ſondern ſolche auch durch ſeinen Recurs ad Curiam Romanam durchzuſetzen ſich angemaſet. Wie nun aber ſolches Beginnen gegen die Concordata Nationis Germanicæ anlieſe, als werde demſelben ſub comminatione excitationis Fiſcalis hiemit alles Ernſtes anbefohlen, den Freyherrn von Morſey in dem Beſitz ſeiner Præ-

cæ reſervato contingat, eandem, quæ aliis Ordinariis extra Germaniam communi omnium Doctorum Sententia & Curiæ ipſiusmet aſſenſu competit, libertatem Germanis quoque juſtiſſime ſupereſſe, & Menſes nullos tempore Sedis Papalis vacantis vigere ſtatuimus; ne Concordata & Menſium alternatio in favorem, ut aſſeritur, Ordinariorum introducta, in eorum odium potius detorqueantur. Quid? quod

(5) Omnes illæ exceptiones, undecumque ſtabilitæ, quæ reſpectu aliorum extra Germaniam Ordinariorum beneficia quædam in Menſibus Papalibus vacantia a Reſervatione alternativæ per Regulas Cancellariæ ſtatutæ eximunt, eodem, imo fortiori Jure Ordinariis Germaniæ ſuffragari debebunt, ſi Cu-

benda nicht zu ſtöhren, ſich von allem Gebrauch der dießfalls erhaltenen päbſtlichen Bullen zu enthalten, und von dem nach Rom genommenen Recurs gänzlich abzuſtehen, auch wie er ſolches befolget, in Termino duorum Menſium bey Kaiſerl. Majeſt. allerunterthänigſt anzuzeigen

Notificatio hujus ad Capitulum Oſnabrugenſe ita ſonat: Gleichwie Ihro Kaiſerl. Majeſtät allerdings gnädigſt approbirten, daß daſſelbe den Freyherrn von Morſey in die Poſeſſ der von dem Turnario ihme ertheilten Præbende eingeſetzt, als habe Capitulum erſagten von Morſey bey ſothanen Beſitz ferner zu ſchützen, auch dagegen keine etwa einlangende Römiſche Erkanntnüße anzunehmen, noch durch ſolche ſich irre machen zu laſſen.

Curia Romana Concordatum Aſchaffenburgenſe, poſt dimiſſum magna ex parte Decretorum Baſileenſium favorem, Nationi aliquatenus adhucdum ſalubre & rationabile eſſe velit, prout publice NICOLAUS V. proteſtatus fuit.

(6) Unde ulterius concluditur, Beneficia ſolo Jure devoluto ad Epiſcopi collationem pertinentia, licet exſpiratio termini tum Patrono, tum collatori inferiori præfixi in Menſem Papalem incideret, ſub menſes Papales non cadere. Neque enim tum modo nova Beneficii vacatio inducitur; Atque præprimis Decreta Baſileenſia, interque illa Decretum Seſſ. XXXI. *Placuit Divinæ pietati* ordinem devolutionis *in Concilio Lateranenſi* præfixum ſedulo obſervari decreverunt in verbis: *Quod ſiquis* aliter *quovis modo diſpoſuerit, eo ipſo ſit irritum & inane, Collatioque hujusmodi ac proviſio, ſeu quævis diſpoſitio ad ſuperiorem proximum devolvatur, gradatim uſque ad Summum Pontificem aſcendendo.* Et Natio ipſa ſaluberrimam hanc Concilii Ordinationem acceptans in modificatione eidem Decreto ſubjecta, ad eundem prædictum hierarchicum devolutionis ordinem rurſus provocat, dum ſingulis quibusque Ordinariis tempus Lateranenſis Concilii præſervatum voluit: *Supplicatur tamen ſacro Concilio, ut declarare dignetur, quod vigore horum Decretorum non intendit tollere inferioribus Ordinariis tempus Lateranſis Concilii.*

 §. XXXIV.

§. XXXIV.

I. Superinductas a Romanis Pontificibus, præſertim Bonifacio IX., Clemente V., & Joanne XXII Annatarum exactiones penitus abrogavit Concilium Baſileenſe in Seſſ XXI. *In nomine Spiritus S. paracliti.* Has tamen nonniſi ſub conditione abolendas voluit, ſi ſcilicet ad publicas Eccleſiæ neceſſitates, ac Miniſtrorum ſuſtentatione Sedi Apoſtolicæ alia proviſione ſubveniretur. Idipſum & Natio quoque Germanica pro conſueto Romanæ Sedi gratificandi ſtudio luculenter demonſtravit, dum in Confirmatione Electionum Epiſcopalium & Abbatialium Servitia Communia, in beneficiis vero & dignitatibus minoribus Annatas admitteret. Hoc tamen non obſtante modus, ſub quo earundem extenſio, vel ad certa tantum Miniſteria Eccleſiaſtica coarctatio, quantitas & taxatio, tempus itidem ſolutionis, aut iteratio comprehenduntur, fuit determinatus; quibus libertatem ſuam ſartam tectamque ſibi præſervari voluit. Ac primo quidem huc vel maxime ſpectat retaxatio in Concordatis ſtipulata, vi cujus omnis iniqua in computandis reditibus proportio proſcripta fuit. Quam ob rem ſiquæ Eccleſiæ vel Prælaturæ hodiedum exceſſive taxatæ viderentur, certe nec moderationis, aut retaxationis terminus cenſeretur præcluſus. Præter hæc & quaſi ex accidenti adnumerari poſſunt gravamina,

quæ

quæ Annatis, licet ad juſtam proportionem redactis, ſpectatis rerum, perſonarum, locorum & temporum circumſtantiis quodammodo ſuperveniunt, quibus propterea proviſorio & extraordinario remedio ſuccurritur in illis verbis: *Et quod provideatur ſpecialiter ingravatis regionibus, ſecundum qualitatem rerum, temporum & regionum, ne nimium prægraventur.* Quænam autem ſint illæ rerum, temporum & regionum qualitates, ſtatus Germaniæ in Gravaminibus ſub MAXIMILIANO I. MDIX. ipſimet determinant z). Huc pariter merito referuntur quicunque alii adverſæ fortunæ caſus, quocumque demum nomine cenſeantur. Jus vero ipſum ex mutua partium inter ſe Concordantium conventione oritur. Ipſa enim Sedes Apoſtolica remiſſionem ejusmodi ſecundum rerum, temporum & regio-

 num

z) Num. V. ita legitur: *Admonendus etiam videtur Summus Pontifex, quod per varia bella terra Germanorum paſſim deſolata ſunt, ac per crebras mortalitates numerus viventium diminutus; ſicque ob paucitatem cultorum agri pro magna parte incluti jacent, & ipſa telonia diverſis eventibus attenuata, & vena minerales exhauſta ſunt, pereuntque indies proventus, ex quibus Archiepiſcopi & Epiſcopi alias etiam honeſtis, & neceſſariis impenſis gravati Sedi Apoſtolicæ annatam perſolvere poſſint.* Et num. IX. *Relaxationis veniam iis Eccleſiis deberi, quæ vacationibus nimium frequentibus, & exiguo intervallo ſibi mutuo ſuccedentibus affliguntur, ſuadent, ut mitius ſaltem agat, quoties Archiepiſcopus aut Epiſcopus ad paucos annos rexerit, ſicut de Epiſcopis Bambergenſibus accidit, quorum tres intra paucos annos mortui ſunt.*

num qualitatem ſancte appromiſit. Natio porro Germanica eandem prævio pacto, & oneroſo quidem, ſub certis videlicet conditionibus ſane gravibus acceptavit, nec aliter in ipſam Annatarum ſolutionem poſthac continuandam conſenſiſſe præſumenda eſt, niſi & Curia Romana in eas, quas Natio noſtra in ſui utilitatem adjunxit, limitationes, & hanc præprimis afflictis nimium Eccleſiis ſperandæ remiſſionis conceſſionem conſenſiſſet *a*).

II. Altera de reliquis beneficiis inferioribus exceptionis ſpecies, vi cujus de beneficiis, quæ valorem viginti quatuor florenorum auri de Camera non excedunt, nihil ſolvatur, inſignem pro Germania noſtra favorem continet, cum ex generali conſuetudine Canonicatus & dignitates inferiores Germaniæ omnes nonniſi ad valorem XXIV. Ducatorum æſtimentur, ita, ut Canonicatus, cujus verus valor ultra mille quandoque aſcenderet, non ultra XXIV. Ducatos æſtimetur, ad eum duntaxat effectum, ne idcirco Annatis ſubeſſe cogeretur. Quæcunque vero hujus conſuetudinis ratio demum exiſtat; certum tamen eſt, eandem in Germania invaluiſſe, atque vel exinde immemora-

lita-

a) Quoad alia bene multa libertatis Eccleſiarum Germaniæ quoad annatas Capita abunde & pleniſſime ſatisfecit Cap. V. Diſſert. III. de Concordatis, quod huc conferri præprimis meretur.

ſitatem ejusdem, & conſequenter ampliorem favorem multo magis confirmari; cui pariter plurimorum Doctorum Authoritas ſuffragatur, & ipſimet Curialiſtæ Romani accedunt *b*), inter quos præcipue Rigantius *c)* hanc conſuetudinem & praxin Concordatis Nationis Germanicæ cum Sede Apoſtolica *innixam* eſſe fatetur. Ex hac vero Juris conſuetudine merito habet, unde Germania noſtra gloriari & gratulari ſibi poſſit.

III. Annatis hac ratione limitatis proxime accedunt exactiones decimarum, aliarumque collectarum, per Concordata quoque reſtrictæ. Nam quod illas attinet, quæ a Pontificibus præſertim Avenionenſibus in proprium compendium, Curiæ ſuæ ſuſtentationem, aut ditionum quoque ſuarum quandoque periclitantium ſubſidium indici conſueverunt, Concordatum Aſchaffenburgenſe Nationem Germanam ſatis ſecuram ab ulterioribus quibusque conſtituit, dum §. IV. proviſionem Sedis Apoſtolicæ in Decretis Baſileenſibus ab initio præſervatam, poſtmodum penitus denegatam ad ſervitia communia poſthac perſolvenda & Annatas reſtringit. De aliis autem propter cauſas quascunque extraneas plerumque ad inſtantiam Re-

 gum

b) Conf. Zypaei Conſult. Canon. L. 1. Conf. 5. Num. 2.

c) Comment. in Regul. Cancell. 55. Num. 46. cum aliis ibidem allegatis.

gum & Principum indulgeri ſolitis ſpeciatim agit Concilium Conſtantienſe in Seſſ. præſertim XLIII. *d*), cujus Decreta merito urgeri ait Cl. BARTHEL *e*). Decretum illud a S. Sede in Concilio œcumenico conditum præter rationem legis univerſalis reſpectu totius Eccleſiæ velut præcipuam quandam libertatis noſtræ prærogativam conſiderare oportet; qua Natio Germanica Jure perfecto exigit, ne Eccleſiæ & Clerici ejusdem contra hoc Decretum prægraventur. Quapropter in primo poſt Concordata inita decennio, ſcilicet Anno MCCCCLVII. *Archiepiſcopus Moguntinus* de non rite obſervatis a Romana Curia Concordatis querelas detulit *f*) Ex quibus clariſſime patet, Germaniæ non aliam ex-

d) De decimis & aliis oneribus Eccleſiaſtici: *Præcipimus & mandamus, jura, quæ prohibent inferioribus a Papa decimas & alia onera Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis imponi, diſtrictius obſervari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter ſuper totum Clerum, niſi ex magna & ardua cauſa & utilitate, univerſalem Eccleſiam concernente, & de conſilio & conſenſu & ſubſcriptione fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium & Prælatorum, quorum conſilium commode haberi poterit. Nec ſpecialiter in aliquo Regno vel Provincia, inconſultis Prælatis ipſius Regni vel Provinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum majori parte . . . leventur.*

e) In Diſſert. III. de Concord. Cap. 1. §. 14. & 16.

f) *Domino meo Archiepiſcopo frequentes afferuntur de Romano Pontifice querelæ, qui neque Conſtantienſis, neque Baſileenſis Concilii Decreta cuſtodit . . . . nationemque noſtram contemnere & prær-*

extitiſſe mentem, quam quod Curia Romana vi pacti Concordatorum obligata ſit, ut Decreta Concilii Conſtantienſis & Baſileenſis, adeoque & hoc *de decimis & aliis oneribus Eccleſiaſticis* rite obſerventur. Cum autem in caſu, quo huic Concordatorum de decimis aliisque exactionibus Articulo contraveniri contingeret, non tantum recurſus ad S. Cæſaream Majeſtatem ipſis eſt ſtabilitus; ſed præterea quoque proſpectum, ne conſenſus ſolius Auguſtiſſimi Imperatoris in idem cum Pontifice Romano placitum conſpirantis Eccleſiis gravis eſſe poſſit, Statuum quoque, aut in caſibus moram nullam ferentibus, & ſecreti arctioris cuſtodiam exigentibus, Electorum ſaltem conſenſum requirendum eſſe. Hoc ipſo itaque utilitati Eccleſiarum multo magis in Imperio fuit conſultum, ac in regnis exteris, ubi quaſi pro ratione ſtat ſola voluntas Principis ad ſummum beneplacito quodam, & Bulla Sedis Apoſtolicæ ſuffulta, quæ certe faciliori negotio, quam conſenſus Statuum Imperii impetrari ſolet *g*).

§. XXXV.

I. Hoc idem remedium, quo adverſus im-

ſus exhaurire videtur. . . . . Decimarum exactiones inconſultis Prælatis noſtris turcarum cauſa fieri jubentur.

g) Conf. ANONYMI Diſſertatio de inſigni Libertate Cleri Germanici circa impoſitiones decimarum §. 11. & ſeqq.

impoſitiones decimarum per recurſum ad Imperatorem & Imperium Eccleſiæ Germanicæ voluit, ad reliquos pariter Concordatorum Articulos legitima conſequentia recte deducitur. Inde eſt, quod ea ſibi exacte obſervanda jam pridem merito urgeret Imperium *h*), atque in adornata Capitulatione Cæſarea Anno MDXIX. ſtipularetur Collegium Electorale, dum S. Cæſ. Majeſtatem adſtringit ad jurato promittendum, ſe curaturam, ut nullatenus iisdem contraveniatur, quæque in omnibus ſequentibus Capitulationibus, usque ad modernam glorioſiſſime regnantis Josephi II. denuo confirmantur *i*). Hæc autem Cæſaris promiſſio fundatur in eminentiori illo Advocati munere; quod non ſolum in univerſam Eccleſiam gerit, ſed inſuper modo quodam peculiari in Eccleſiam Germanicam. Nemo enim non videt, Advocati ac Protectoris eſſe, ut Jura Eccleſiæ ſuæ legitima ratione acquiſita, ſalva conſervet *k*). Ne tamen forſan in caſu particulari exiſtimari poſſit, hoc vel illud gravamen adverſus Concordata levius eſſe, ac propterea eidem connivendum fore; inde ab Anno MDLVIII. in Ca-

h) Conf. ſupra §. 16. 17. 18. & Müller Theat. Comit. pag. 117.

i) Vid. verba Capitul. ejusdem Art. 14. §. 1. & 3.

k) Vid. ſcripta de hac generali Cæſaris advocatia apud Pfeffinger Tom. 3. p. m. 101. Conf. Vanespen tract. de recurſu ad Principem Part. 6. & Petri Gallade Diſſert. de Advocatis Eccleſiaſticis.

ıitulationibus Cæſ. additur: ſine conſen-
Electorum nulli Concordatorum Princi-
ı contraventioni poſſe indulgeri. Ipſi
terea Electores, ne facile ad talem aſſen-
induci queant, in Unione Electorali in-
b eodem Anno uſque in hodiernum diem
ſolita, & per Capitulationes Cæſareas
reſſe confirmata, mediante corporali ju-
ento ſibi fidem adſtringunt, in ejusmodi
otiis nequidem mentem ipſorum ſingula-
manifeſtandam, conſenſum vero non-
collegialiter eſſe impertiendum. Nec
us Imperii Proteſtantes defuerunt, quo
us & ipſi pro reſtauranda ac retinenda
tate Eccleſiarum Germaniæ apud Cæſa-
inſtarent, ne majora aliquando damna
iſſidia naſcerentur *l*).

[I. Quod ergo Auguſti jamdum officii,
ique ſpecialis ratio ab Imperatore exigit,
merito utitur Eccleſia Germanica *m*),
caſu violationis Concordatorum Cæſa-
rotectio ſe exerit, quam procul dubio
tabit, ſuam apud Pontificem Authori-
n interponendo, ne Curiæ vel tribuna-
ſuis quidquam permittat, quod iisdem
is modo repugnare deprehenditur. In
hunc

Vid. SCHAUROTH Schluſſe des Corporis Evan-
gelicorum Tom. I. pag. 359. Conf. ſupra §. 31.
.. e.

Conf. ANT. SCHMIDT diatribe de Imperatore
Concordatorum protectore, in ejusdem The-
ſaur. Juris Eccleſ. Tom. I. pag. 391.

hunc modum Conſilium Imperiale Aulicum executionem in *parochia Grandifontana* in Diœceſi *Baſileenſi* MDCCLX. irritam declaravit *n*). Pro tuendis non ſolum Imperii, ſed & Eccleſiæ prærogativis præcipuam cum Cæſare operam conjungere ſtudet Collegium Electorale, quam ſolicitudinem pro ſervandis Concordatis ſufficienter demonſtravit in literis ſuis Collegialibus MDCCLXIV. ad Imperatorem, ubi inter alia petit: Daß der hierunter (adverſus Concordata) betroffene Theil ſich jedesmahl zu allerhöchſt Ihro gerechteſten Thron wenden, und beſonders auf dieſes allerunterthänigſte Geſamtſchreiben beziehen dörfe. Sic in cauſa illuſtri Spirenſi *o*) ſuperius jam allegata quatuor Imperii Electores, & ſpeciatim *Sereniſſimus Elector Palatinus* in literis ſuis ad *Clementem* XIII. inquit: *Ad tuendum ſyſtema libertatis Eccleſiæ Germanicæ, Electores atque Principes Imperii ſanctionibus, mutuisque fœderibus eſſe obligatos p*).

§. XXXV.

n) Vid. in der neuen Staats-Canzley Tom. 2. pag. 491.

Add. Illuſtr. CRAMER Syſtem. Proc. ſupra §. XXXIII. alleg.

o) Hanc exhibet ESTOR in der teutſchen Kirchen-Freyheit pag. 536. nec non *Author* Concordat. integ. Tom. 1. pag. 216.

p) Vid. idem L. B. DE CRAMER Nebenſtunden 48. Theil.

§. XXXVI.

Ex his omnibus demum prompta ſatis con-
ione colligitur, non contemnendam eſſe,
inferiorem præ aliarum Nationum Eccle-
eam Eccleſiæ Germanicæ libertatem,
m per Concordata rite intellecta ſibi reſti-
am & vindicatam gratulatur, quamque
ata quavis occaſione ſtrenue ſemper de-
dit, fortiterque & conſtanter propugna-
; ita tamen, ut non minori religione fi-
ı ſemel datam Curiæ Romanæ ſancte &
iolabiliter cuſtodiret, & Jura promiſſæ
ompenſationis loco Sedi Apoſtolicæ ad-
a non conſervaret modo, ſed interpoſita
m Legum publicarum ad inviolabilem
ıcordatorum obſervantiam identidem
vocantium authoritate, tueretur, lon-
me videlicet aliena ab irreligioſis quorun-
ı principiis, qui totalem eorum aboli-
ıem perſuadere conantur. In ſuis præ-
ea, quæ parta ſunt, tuendis ea ſemper
lia præhabuit, quæ efficacia quidem eſ-
:, ſed moderata ſimul & modeſta, nun-
m vero violenta & extrema approbanda
it, quibus pacta publica prorſus ſubruan-
, & in his firmatus Eccleſiæ ac Imperii
us interverteretur; cum primam ſemper
am & rationem habendam eſſe velit pre-
æ illius Sacerdotium inter & Imperium
cordiæ, quæ his conventionibus quon-
dam

dam initis reſtituta fuit, iisque rite ſervatis poſthac inviolabiliter conſervatur. Viciſſim vero de æquanimitate, prudentia & juſtitiæ plenitudine Sedis Apoſtolicæ nulla dubitat, deque Curiæ cauta & provida agendi ratione confidit, parem ſemper vicem ſibi redditum iri, & ea integritate fidem ſemel datam ſervari velle, ut, qui ex adverſo ſunt, fundatam aliquam ſuæ oblocutionis anſam ſibi ſumere, alioſque in ſui propoſiti conſortium pertrahere non poſſint; Natio vero ipſa ſpectatis etiam felicioribus iis circumſtantiis, in quibus per Decretorum Baſileenſium acceptationem, & appromiſſam ſibi poſthac a Sede Apoſtolica eorundem obſervantiam ſe repoſitam viderat, hæc concordata utilia & ſalubria ſibi fuiſſe & poſthac eſſe perſpiciat, ſicut & ipſemet Pontifex Nicolaus V. eadem ratificans in facie totius Orbis proteſtatus fuit. Ex quo contingat neceſſe eſt, ut ſtabilita olim tantis laboribus pax & tranquillitas intacta impoſterum conſervetur, atque perfecta & mutua Supremum Eccleſiæ univerſæ Caput inter & Eccleſiam Germanicam ac præcipua ipſius membra unio & concordia magis indies firmetur & efflorescat.

XVII.

XVII.

eorg Ludvv. Boehmeri D. Rechts-
utachten ad illuſtrationem Concordatorum
ſphi de cæteris vero &c.

ie mir zugefertigte Species facti nebſt eini-
gen angehängten Fragen, worüber mein
htliches Gutachten begehret worden, beruhet
folgenden:

Iſt unterm 19. Sept. 1774. in dem Colle-
itſtift ad St. Stephanum zu Maynz durch den
desfall Canonici *Vogelmann* eine Canonical-Prä-
id entlediget worden. Ehe jedoch dieſe in dem
ibſtlichen Monath erfolgte Erledigung zu Rom
annt werden können, iſt bekanntlich Clemens
V. den 22ten ejusd. Menſis verſchieden.

Se. Churfürſtliche Gnaden zu Maynz we-
: mit einer Päbſtlichen Beſtätigung noch mit
em Indulto verſehen, haben inmittelſt kein
denken getragen, dieſe erledigte Präbend den
. Dec. 1774. wirklich zu vergeben, und lau-
die in Copia ſub A. auszüglich angefügte
ovision folgendergeſtalt:

Cum itaque Canonicatus & Præbenda inſignis legiatæ noſtræ Eccleſiæ Sancti Stephani hic Mo-tiæ -- -- -- vacare cæperint, ac etiamnum va- ad præſens, quorum Collatio, proviſio ſeu alia

 quævis

quævis diſpoſitio ad nos ſpectare dignoſcitur, prout etiam ſpectat & pertinet, Nos tibi prædictos Canonicatum & Præbendam in Dei nomine conferimus. - -

Ob nun zwar Capitulum dem Proviſio Archi-Epiſcopali die anverlangte Poſſeſſion anfänglich aus dem Grund abgeſchlagen, weil die exhibirte Proviſion mit den vorherigen Erzbiſchöflichen Proviſionen nicht gleichlautend geweſen: ſo hat dennoch daſſelbige auf weiter ergangenen Special Befehl ſich bewogen geſehen, den 19. Dec. die Poſſeſſion zwar wirklich jedoch mit der ausdrücklichen Clauſul, *ſalvo in eventum jure cujuscunque*, zu ertheilen.

Bey ſo bewandten Umſtänden erwachſen nunmehro folgende Fragen:

1.) Ob die intra trimeſtre erlaſſene Erzbiſchöfliche Proviſion, und hierauf ſub Clauſula, ſalvo in eventum jure cujuscunque ertheilte Proviſion gültig ſeye?

2.) Wem allenfalls nach nunmehr verſtrichenem trimeſtri das Collations-Recht zuſtehe, und

3.) Was Capitulum Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ St. Stephani zur Erhaltung ſeiner allenfalſigen Gerechtſame gegenwärtig für Maasregeln zu ergreifen habe?

Ob nun wohl, ſo viel die erſte und zweyte Frage betrift, 1.) aus der in Copia ſub A. aus-

zůglich

üglich angeführten Proviſione und ſonderlich
us der Formula:

Quorum Collatio, Proviſio, ſeu alia quævis diſpoſitio ad Nos ſpectare dignoſcitur

icht undeutlich abzunehmen, daß Se. Churfürſt- che Gnaden den Grund zu der ertheilten Pro- iſion aus eigenem höchſten Recht herzuleiten ge- nnen ſeyn, und zu deſſen Rechtsbeſtand folgen- e Gründe einzutretten ſcheinen, daß wenn leich

2.) Die in Frage ſtehende Canonical-Prä- end durch das in Päbſtlichen Monath erfolgte bſterben des Canonici Vogelmann dem Päbſt- hen Stuhl eröfnet worden, dennoch die Päbſt- he Vergebung wegen des wenig Tage darauf folgten Todesfall Clementis XIV. nunmehro cht weiter ſtatt habe, hergegen die Erz- und iſchöfliche urſprüngliche Vergebungsrechte bey eſem in dem hohen Erzſtifte erledigten benefi- o gleichſam jure poſtliminii ihre Kraft wieder langten; immaſſen

3.) Die in Concordatis Principum Ger- niæ dem Päbſtlichen Stuhl ex jure reſerva- vorbehaltene Vergebung als eine Einſchrän- ig des Juris conferendi Ordinarii anzuſehen, d ſobald dahero jene bey erfolgter Vacanz des bſtlichen Stuhls nicht ſtatt finde, die ordina- Proviſio wieder eintrette, und bey dieſer die tliche Vermuthung pro Epiſcopo diœce- o obwalte; wie dann

4.) Schon in gemeinen Rechten bey Beneficiis apud Curiam Romanam vacantibus ein gleiches geordnet, und ſowohl die Sede vacante eröfnete, als auch die bey dem Leben des regierenden Pabſtes erledigte und noch nicht vergebene Beneficia zur Vergebung des ordinarii Collatoris verſtellet, und und in Anſehung der letztern namentlich verfüget worden:

> *Idem volumus & de illis, quæ ibidem ipſo Romano Pontifice vivente vacabunt, ſi de ipſis per eum ante ipſius obitum non fuerit ordinatum. Cap. 35. de Præb. in 6.*

Ferner

5) Ein gleiches auſſerhalb Teutſchland bey denen vigore regularum Cancellariæ reſervirten beneficiis eintritt, deren Vergebung bey erledigtem Römiſchen Stuhl den Biſchöffen zufällt, regulæ enim reſervatoriæ exſpirant morte Papæ, & ceſſat reſervatio menſium per eas inducta, ſic ut vacante Sede Epiſcopi libere poſſint conferre beneficia vacantia in omnibus menſibus ſine aliqua diſtinctione, quia tunc ſunt obſtacula omnia ſublata, & omnes menſes dicuntur ordinariorum.

> Jo. a Chokier *in Comment. ad Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ Reg.* 8. *n.* 18. *p.* 75.

6.) Von demjenigen, ſo bey denen in regulis Cancellariæ reſervirten beneficiis Rechtens

iſt,

t, eine gegründete Folge auf die in Concorda-
is Principum dem Päbſtlichen Stuhl vorbehal-
ne Beneficia zu machen, indem die Erzbiſchöf-
, und Reichsſtände durch die Verträge mehre-
Rechte und Vortheile, als bey der ex regu-
s Cancellariæ eintrettenden Vergebung zu ge-
innen geſuchet, a fortiori videlicet Ordinarii
ationis Germanicæ adinſtar Ordinariorum
liarum Nationum beneficia in menſibus Apo-
tolicis Sede papali vacante conferre poterunt,
e concordata & conceſſa menſium alternatio
n favorem Ordinariorum introducta, in eo-
um odium detorqueatur.

Jo. Caſp. Barthel *de Concordatis Germaniæ diſſ. gener. ſect.* 3. §. 3. *tom.* 2. *opuſc. p.* 334.
Engel *in Colleg. Jur. Can. lib.* 3. *tit.* 5. §. 4. *n.* 49.

Dahergegen

7.) Darauf, daß ſonſt dem Collegiatſtift
s Jus conferendi beneficia in den übrigen
Stiftsmonathen zuſtehet, es deshalb nicht an-
mmen dürfte, weil vorjetzt an denen im Päbſt-
hen Monath erledigten beneficiis die Frage
rwalte, und dann die dem Römiſchen Stuhl
ſchehene reſervationes mehr als Einſchrän-
ngen der Erz- und Biſchöflichen Rechte zu hal-
n, und dieſe daher als urſprüngliche Verge-
ngsrechte Sede papali vacante eher, als das

 dem

dem Collegiatſtift nur beſtimmter Weiſe erworbene Vergebungsrecht, einzutretten ſcheinen dürfte; allenfalls

8.) Wenn auch auf die angezogene Gründe keine Rükſicht zu nehmen, dennoch Sr. Churfürſtlichen Gnaden vermög des den Erzbiſchöffen des teutſchen Reichs dem Herkommen nach bishero verliehenen Päbſtlichen Indults die Vergebung der obgedachten Canonical-Präbend zuſtehen dürfte, immaſſen von einigen behauptet wird, daß die Verleihung des Päbſtlichen Indults von den geiſtlichen Churfürſten nach einem rechtlichen Herkommen, und Kraft des ihnen als ordinariis Collatoribus zuſtehenden Vergebungsrechts begehret, daſſelbige Indult auch vom Päbſtlichen Stuhl nicht geweigert werden könne: vielmehr das Indult bey dem von Kayſerlicher Majeſtät hergebrachten Recht der erſten Bitte, mehr als eine Solennität zu betrachten ſeye.

Jo. Ge. Schloer *ad Concordata Germaniæ cap.* 4. §. 4. *&* 5. *in Ant. Schmidtii Theſ. jur. Eccleſ. tom.* 1. *p.* 373.

wie dann angeführet werden will, quod tametſi ſex Menſes Apoſtolicæ Sedi ſint reſervati, tamen ex ſingulari privilegio Electoribus Imperii poſtmodum communicati & conceſſi fuerint

Caſpar. L. B. de Schmidt *in Comment. ad Proc. Summar. Bavar. tom.* 1. *P.* 2. *Cent.* 2. *Controv.* 41. *n.* 3. *p.* 135.

In

In ſolchem Betracht aber

9.) Die auch intra trimeſtre geſchehene :oviſio der in Frage ſtehenden Canonical-Prä- nd, und die darauf ertheilte wirkliche Poſſeſſion is dem einen oder anderen Grund für gültig und echtsbeſtändig zu halten ſeyn möchte.

Demnach aber und dieweil

1.) Auſſer Zweifel beruhet, daß die Verge- ing der in Fragesteheuden dem Päbſtlichen ituhl wirklich eröfneten Vogelmanniſchen inonical-Präbend nach den Concordatis Prin- ɔum Germaniæ, als einem Reichs-Grundge- ;, zu beurtheilen; in dieſem aber

2.) Die von Seiten des Päbſtlichen Hofes iebte Alternatio Menſium theils mit den ſchöffen, und Erzbiſchöffen, als ordinariis ɔllatoribus, theils mit den Stiftern und Ca- :ulis, denen das Jus conferendi beneficia :mög ihrer erſter Stiftung; oder Verleihung, :r alio ſpeciali titulo, erworben iſt, feſtgeſe- : worden, und die leztern daher in Anſehung ſes erworbenen Vergebungsrechts nicht min- als Ordinarii Collatores angeſehen werden, plicis enim generis Collatorum in unaqua- e diœceſi diſtinctio occurrit: alii ſunt colla- ·es, ſive Epiſcopi, alii inferiores, & ambo ɔ ſenſu & ad ſcopum præſentem ſunt Col- ores Ordinarii

 Jo.

Jo. Caſpar. Barthel *de Concord. Nat. Germ. Opuſc. 2. ſect. 2. p. tot. & §. 9. tom. 2. op. p. 225.*

wie denn ſolches

3.) Der Inhalt der Concordatorum aufs gewiſſeſte erhärtet, indem darinn

a) Von Seiten des Päbſtlichen Stuhls bewilliget worden, quod Pontifex non impediet, quominus de beneficiis, cum vacabunt de Menſibus Februarii -- -- -- libere diſponatur per illos, ad quos collatio, proviſio, præſentatio, electio; alia quævis diſpoſitio pertinebit, ferner auch

b) In dem Fall, da in denen dem Päbſtlichen Stuhl vorbehaltenen Monathen die Vergebung innerhalb 3. Monathen nicht erfolgen ſollte, eben ſowohl verſtattet worden, ut ex tunc & non antea Ordinarius vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponat, unter dem leztern Ausdruck aber Stifter, Capitula und andere Inferiores Collatores ordinarii um ſo gewiſſer bezeichnet ſind, als ſolcher in der Kürze gefaßte Ausdruck eben daſſelbe andeutet, was in den vorhergehenden Worten: ad quos collatio, proviſio, præſentatio, electio, aut alia quælibet diſpoſitio pertinebit, vollſtändiger angezeiget worden.

Hieraus aber

4.)

4.) Die Folge ſich ergiebt, daß bey der Alternativa Menſium, welche ſolche Beneficia betrift, worinnen Stifter und Capitula mit dem Päbſtlichen Hof die Wechſelvergebung haben, die Erz- und Biſchöfliche Vergebungsrechte zum Nachtheil und Schmälerung derer in Concordatis beſtimmten Rechte, als ſolcher, welche ex pacto publico Imperii R. G. erlanget ſind, um ſo weniger eintretten können, als eines theils das Vergebungsrecht den Stiftern urſprünglich aus ausdrücklicher oder ſtillſchweigender Verleihung der Erz- und Biſchöffe erworben, anderen theils die dabey ex Concordatis zuſtehende Befugniſſe ihnen den geiſtlichen und weltlichen Ständen des Reichs in pacto publico bedungen, und unter Kayſerlicher Auctoritæt verſichert worden:

5.) Die unterm 16. Dec. 1774. geſchehene Proviſio der in Frage ſtehenden Canonical-Präbend von Sr. Churfürſtl. Gnaden aus dem Grund eines Erz- und Biſchöflichen Rechts mit Beſtand nicht geſchehen können, weilen

a) Dieſe dem Päbſtlichen Stuhl bey Lebzeiten Clementis XIV wirklich eröfnet worden, mithin das zur Vergebung in Concordatis angeſetzte trimeſtre bereits zu laufen angefangen, folglich dieſe Präbend vor Ablauf des trimeſtris, woran, wenn ſolches von Zeit der unterm 19. Sept. erfolgten Eröfnung der Präbend angerechnet wird, annoch wenigſtens 3 Tage ermangelt, nach klarem Inhalt der Concordatorum.

ex tunc & non antea Ordinarius vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponant.

überhaupt anderſt nicht, als vom Päbſtlichen Stuhl vergeben werden können, trimeſtre enim currit Sede Papali vacante: cum concordata abſolute jus conferendi demum tribuant poſt elapſum trimeſtre, nec excipiant caſum Sedis vacantis.

Vitus Pichler *in jure Can. lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 53.

Trimeſtre vero deſinit in illa die Menſis tertii, in qua cœpit initio vacationis in primo menſe, v. g. ſi 15. Jan. fuit prima dies, & initium numerationis, terminus trium Menſium erit 15. Aprilis.

Pichler *loc. cit. n.* 52.

Hiernächſt

b) Nach Ablauf des trimeſtris kein Grund zur Vergebung dieſer Canonical-Präbend aus den Erz- und Biſchöflichen Rechten hergeleitet werden mag, weil dieſe zum Nachtheil des Juris conferendi, ſo ein Collator Epiſcopo Inferior erworben, nicht ſtatt haben, gleichwohl dem Collegiatſtift ad S. Stephanum als dem ordinario Collatori das Vergebungsrecht an allen Stifts-Präbenden, mithin auch an dieſem in Menſe Apoſtolico nicht vergebenen Beneficio nach den Worten der Concordatorum:

Vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinebit

zu-

zugeſtanden; ſodann

6.) An einem Grunde, die vorgedachte Proviſionem aus einem Päbſtlichen Indulto zu rechtfertigen, es gänzlich ermangelt, weil Se. Churfürſtliche Gnaden ein Indultum Papale von Weyland Clemente XIV. noch nicht erhalten, Höchſtdieſelbe auch in der Formula Proviſionis auf daſſelbe ſich nicht bezogen, noch darauf ſich beziehen vermögen, da die gedachte Vergebung einer dem Päbſtlichen Stuhl erledigten Canonical-Präbend ein durch die Concordata anerkanntes Päbſtliches Recht enthält, deſſen, Namens des Päbſtlichen Stuhls, zu unternehmende Ausübung ihrer Art und Eigenſchaft nach eine Päbſtliche Verleihung zum voraus ſetzet, und ſchon deshalb in gemeinen Rechten verſehen iſt, quod irrita ſit proviſio beneficiorum apud Curiam Romanam vacantium quocunque jure ordinariæ poteſtatis facta, niſi pro eis conferendis ſpecialis & expreſſa auctoritas ab ipſo Pontifice ſit attributa *Cap. 2. de Præbend. in 6.*

Solchemnach

7.) Die vorgedachte Proviſio der Vogelmanniſchen Canonical-Präbend, da ſie weder überhaupt intra trimeſtre, noch auch jure Poteſtatis Epiſcopalis mit Beſtand ertheilet werden können, für gültig und Rechtsbeſtändig nicht zu achten, noch auch dem Proviſo aus dem erlangten Beſitz der Präbend, weil dieſer ſalvo jure cujuscunque ertheilt iſt, und ob defectum veri

veri tituli pro titulata poſſeſſione nicht zu halten, ein Recht erwachſen können, viribus enim caret proviſio, quæ facta eſt ſine jure providendi. *Cap.* 17. *de Præb. in* 6.

Da hergegen

8.) Nachdem nunmehro das trimeſtre proviſioni papali præfinitum abgelaufen, die Vergebung gedachter Canonical-Präbend dem Collegiatſtift ad St. Stephanum als ordinario Collatori nach den Concordatis Germaniæ angefallen, als in welchen ebendemſelben Ordinario Collatori, dem die Vergebung in menſibus non reſervatis zugeſtanden iſt, auch die Vergebung in demjenigen Falle, wenn die vorbehaltene Päbſtliche Vergebung innerhalb des trimeſtris nicht erfolget, verſtattet, und derſelbe Collator ordinarius durch den Ausdruck:

Vel aliis, ad quem illius diſpoſitio pertinebit,

angedeutet worden; wie dann

9.) Dieſer Anfall des päbſtlichen Proviſions-Rechts theils ſchon an und für ſich in der Natur der Wieder-Erlangung derer ante reſervationes papales den Stiftern eben ſowohl als anderen Collatoribus ordinariis, in allen Erledigungs-Fällen zugeſtandenen Vergebungs-Rechte, theils abſonderlich in dem pacto publico

:o der Concordaten gegründet iſt, und nicht ſo-
vohl ex jure devolutionis, dergleichen in pœ-
nam negligentiæ weder von denen paciſciren-
den Reichsſtänden erlanget, noch auch von dem
mit paciſcirenden Päbſtlichen Hof jemalen zu-
geſtanden worden, als vielmehr bloß aus dem
n Concordatis beſtimmten Vertrag herrühret;
anerwogen die Vergebungs-Rechte eines jedwe-
den Collatoris Ordinarii Superioris & Inferio-
ris, wie ſie in denen unterm Römiſchen König
Alberto im Jahr 1439 vom teutſchen Reich an-
genommenen decretis Baſileenſibus anerkannt
ind, durch die darauf errichtete Concordata
iur modificiret, und in denen für den Päbſtli-
chen Stuhl bedungenen Fällen eingeſchränket
vorden, wohl folglich in allen Fällen, wo die vorbe-
haltene Päbſtlichen Rechte nicht weiter eintretten,
und namentlich in dem Fall, wo in loco bene-
icii nicht erhellet, daß ein beneficium intra
rimeſtre Auctoritate Apoſtolica vergeben
worden, die Vergebungs-Freyheit des ordina-
ii Collatoris wieder hergeſtellet, und das Bene-
icium zu deſſelben Diſpoſition in den Concor-
laten verſtellet worden; ſolches alles

10.) In gegenwärtigem Falle um ſo mehr
ie völlige Anwendung gewinnet, da die Colle-
iatſtifter des hohen Erzſtiftes Maynz ſchon vor
en errichteten Concordatis die freye Verge-
ung ihrer Präbenden erworben, und hergebracht,
nd davon in der Urkunde des Erzbiſchofs von
Maynz Conradi vom Jahr 1427

In

In Steph. Alex. Würdtwein *ſubſidiis diplomat. tom.* 2. *N.* 61. *p.* 335.

ein Zeugniß von allen innerhalb und auſſerhalb der Stadt Maynz befindlichen Collegiat-Kirchen enthalten iſt.

Quod omnium & Singulorum Canonicatuum & præbendarum ſecundariarum Collegiatarum Eccleſiarum intra & extra muros civitatis noſtræ Mogunt. collatio, proviſio, & præſentatio, & quævis alia diſpoſitio ad honorabiles Decanos & Capitula ipſarum Eccleſiarum, in quibus Canonicatus & Præbenda hujusmodi exiſtunt, communiter & diviſim de jure communi pertineant atque ſpectent,

Solches auch mit mehreren Zeugniſſen

von Würdtwein *loc. cit. in Præf. ad Tom.* 4. *ſubſid. diplom.*

auſſer allen Zweifel geſetzet worden; dieſem Zufolge auch dem Collegiatſtift ad St. Stephanum zu Maynz deſſen Alter nach denen

in des von Gudenus *Codic. diplom. tom.* 2. *pag.* 63. *&* 174

befindlichen Urkunden, in das 13te Jahrhundert reichet, die freye Vergebung ihrer Canonical-Präbenden längſt vor den Concordatis zugeſtanden; nicht minder daſſelbe nach den Concordatis in deſſen ungehinderter Ausübung in den

n Stifts⸗Monathen geblieben, und daſſelbe
ıher, als Ordinarius Collator oder dem Her⸗
mmen nach der Turnarius zu der in Frage
ehenden Vergebung berechtiget iſt. Da her⸗
:gen, ſoviel die vorangeführte Zweifels⸗Grün⸗
betrift,

Ad 1.) Die Biſchöfliche Rechte in dem Fall,
ı die Vergebungsrechte einem Collegiatſtift von
lters her erworben worden, zur Verleihung ei⸗
er dem Päbſtlichen Stuhl erledigten Präbend
ede Papali vacante ſich nicht begründen laſſen,
eil ſolchen falls dem Collegiatſtift ſelbſt die jura
rdinarii Collatoris, unter welche auch die Ver⸗
ebung in dem benannten Fall gehöret, zuſtehen,
ıd zum Nachtheil dieſer die Biſchöfliche Rechte
it Beſtand nicht angeführet werden können;

überhaupt ad

2.) Die in Frage ſtehende Präbende, weil
: dem Päbſtlichen Stuhl wirklich erlediget wor⸗
:n, während der geſetzlichen Friſt von 3. Mo⸗
ıthen, welche ſchon zum Vortheil eines zu er⸗
ählenden Nachfolgers zu laufen angefangen,
ıch Maaßgebung der Concordatorum nicht
rgeben werden können;

Ferner ſo richtig ad

3.) Es an und für ſich iſt, daß bey einer
ısfallenden Päbſtlichen Vergebung die Rechte
s Ordinarii Collatoris eintretten, eben ſo
wiß auch bey deſſen Anwendung in jedwedem
be⸗

beſondern Fall darauf es ankommt, wem das jus conferendi ordinarium an derſelben Präbend zuſtehe, indem nach den Concordatis ein Collator ordinarius Inferior hierunter gleiche Rechte mit dem Collatore ordinario Superiore ſeu Epiſcopo genieſſet, namque non modo diœceſium & Eccleſiarum Ordinarii, ſed & aliii Collatores veluti jure accreſcendi vel potius non decreſcendi Sede Apoſtolica vacante beneficia vacantia conferre poſſunt.

Barthel *de Concord. Opuſc.* 3. *ſect.* 3. §. 4. *in f. tom.* 2. *op. p.* 336.

Hiernächſt

Ad 4.) Bey dieſer aus den Concordatis allein zu entſcheidenden Frage auf das jus Commune es nicht ankommt, dieſes auch nicht entgegen ſtehet, indem in

Cap. 35. de Præbend. in 6.

bey Beneficiis Parochialibus in Curia Romana vacantibus nur ſo viel verſehen iſt, daß wenn nach deren Erledigung auch eine Vacanz am Päbſtlichen Stuhl erfolget, die Vergebung ohne Auſſenthalt durch diejenige geſchehen ſolle, denen dieſe zuſtehet, und die Worte: ut per eos, ad quos pertinet, de eis poſſit libere diſponi, gehören und dadurch ein jedweder dem das Vergebungsrecht daran erworben iſt, angedeutet wird;

Fer-

Ferner ad 5. & 6.) Selbſt die Ausleger der
egularum Cancellariæ von ſolchen Fällen han,
:ln, da die Biſchöffe auſſerhalb dem teutſchen
eich das jus conferendi Ordinarium an den
eneficiis nach alten Rechten beybehalten, mit,
n auch nur ſie durch die in regulis Cancella-
æ gemachte Einſchränkungen gelitten, wohl,
lglich, wenn von dieſem, ſo auſſerhalb dem
utſchen Reich Rechtens iſt, ein Argument ge,
)mmen werden ſoll, ſolches nur bey benefici-
, ſo auf gleiche Weiſe unter Biſchöflicher Ver,
bung ſtehen, eine Anwendung leidet; daher,
gen aus der Verfaſſung und Fundation der
eiſten teutſchen Stifter bekannt iſt, daß dieſe
e Vergebung derer zu ihren Kirchen gehöri,
n Präbenden ſpeciali titulo hergebracht und
worben, dieſe dabey die Collatores Ordina-
i ſind, und die Biſchöffe ſelbſt vor den Con-
)rdatis daran kein jus conferendi gehabt, und
as dahero

Barthel loc. cit.

Gunſten des Collatoris ordinarii ausgefüh,
t, ſolches nach der von ihm ſelbſt cap. 2. ſect.
p. 219. - - 225 behaupteten Meynung von
n Collatoribus duplicis generis tam Supe-
oribus, quam Inferioribus zu verſtehen iſt;
)llator enim Ordinarius dicitur ille, qui
oprio Jure beneficium confert, tametſi ju-
ſdictionem nullam habeat; ſive hanc pote-
atem conferendi habeat a jure, ſive ex
æſcriptione, conſuetudine, privilegio,

Petr. Leurenius *de foro beneficiali Part.* 2. *qu.* 664.

Lud. Engel *in Coll. Jur. Can. lib.* 3. *tit.* 5. §. 5. *n.* 61.

Wie dann

Ad 7.) Die in Concordatis durch die alternativam Menſium getroffene Verfügung nicht bloß eine Einſchränkung der Biſchöflichen Vergebung, ſondern eine Einſchränkung des einem jeden Collatori ordinario zuſtehenden Rechts enthält, und ſobald ſolche wegfällt, das eingeſchränkte Recht wiederum zu freyer Ausübung, mithin das einem Collegiatſtift zuſtehende Vergebungsrecht ſeine völlige Kraft und Wirkung wieder erlanget; da übrigens

Ad 8.) Die proviſio beneficii in menſe papali nach Verordnung der Concordatorum authoritate Apoſtolica geſchehen ſoll, daraus klar erfolget, daß ein teuſcher Erzbiſchof dazu anders nicht als Kraft eines Päbſtlichen Indults für berechtiget zu halten; wie dann gegen die angeführte Meynung, daß den geiſtlichen Churfürſten dergleichen Indult überhaupt ex ſpeciali privilegio beygeleget ſeye, ſchon von dem

Freyherrn von Kreittmayr in den Anmerkungen über den *codicem Bavaricum civil. tom.* 5. *p.* 2036.

angemerket worden, daß von dergleichen Vorrecht der geiſtlichen Churfürſten nirgend etwas an-

nzutreffen ſeye, vielmehr dadurch, daß die teut-
hen Erzbiſchöffe um dergleichen Indult jedes-
al beſonders angeſuchet, ſolcher auch gemei-
iglich ad quinquennium verliehen worden, ſich
ar zu Tage leget, daß ſolcher auf beſonderer
Verleihung beruhe; ſolche aber gleichwohlen Sr.
hurfürſtlichen Gnaden zu Maynz noch zur Zeit
cht zu theil worden; Endlich dasjenige, ſo in
s Profeſſoris

Schloer Diſſ. cit.

isgeführet worden, nur Bewegungsgründe be-
ift, welche die vom Römiſchen Hofe zu erhal-
nde Verleyhung unterſtützen, und dabey das
if aller teutſchen Reichs-Obſervanz gegründe-
Kayſerliche jus primariarum precum, wel-
es nicht ſowohl auf einem Päbſtlichen Indult,
s vielmehr auf eigenen Gründen beruhet, mit
r Erzbiſchöflichen Verleihung derer dem Päbſt-
hen Hof in menſe Apoſtolico erledigten be-
eficiorum, welche nach den Concordatis an-
rs nicht, als unter Päbſtlicher Auctoritæt ge-
ehen ſoll, in keine Vergleichung gezogen wer-
n mag;

Als erhellet aus den angeführten Grün-
den überall ſoviel:

Daß 1.) die intra trimeſtre erlaſſene Erz-
chöfliche Proviſion und hierauf ſub clauſula:
vo in eventum jure cujuscunque, ertheilte
oſſeſſion für gültig und Rechtsbeſtändig nicht
achten, und daß hergegen 2) nunmehro nach

 ver-

verſtrichenem trimeſtri dem Collegiatſtift ad St. Stephanum oder dem Turnario in demſelben, die Proviſio der erledigten Canonical-Präbend nach Verordnung der Concordatorum zuſtehet.

Soviel hiernächſt die

Dritte Frage

betrift, obwohl daraus, daß die unterm 16 December. 1774. ertheilte proviſio, und der darauf erlangte Beſitz der Präbende für Rechtsbeſtändig nicht zu halten, die Folge zu erwachſen ſcheinet, daß auf eine vom Turnario erfolgende anderweitige Vergebung das Collegiatſtift ſofort mit der Einweiſung des noviter proviſi in den Beſitz der Canonical-Präbend verfahren könne;

Dieweil aber gleichwohl der Churfürſtliche Proviſus aus dem von dem Collegiatſtift ſelbſt erlangten Beſitz der Präbende die jura poſſeſſionis ſo lange vor ſich hat, bis die in der Clauſula: ſalvo jure cujuscunque, vorbehaltene Rechte erörtert werden, und daher, nach ſolcher Lage der gegenwärtigen Sache, eine ſofort zu verfügende Einweiſung des noviter proviſi zu Vermeidung nachtheiliger poſeſſoriſchen Streitigkeiten erheblichen Anſtand gewinnet; hergegen für die Gerechtſame des Collegiatſtifts es rathſamer iſt, die demſelben ex Concordatis zuſtehende Vergebungsrechte zum Grunde zu legen, und daraus

um

ı die Aufhebung der unterm 16. Dec. 1774 rfügten Proviſion nachzuſuchen;

Gedachtes Collegiatſtift auch in Betracht ſſen, daß deſſelben Vergebungsrecht aus den ɔncordatis, als einem Reichs⸗Grundgeſetz rrühret, den allerhöchſten Kayſerlichen Bey⸗ ınd und Unterſtützung zu gewärtigen hat, da ıes theils die Aufrechthaltung der Concordarum, und der daraus erwachſenden Gerecht⸗ ıne in

Kayſerlicher Wahl⸗Capitulation *art.* 14.

rſichert worden, anderen theils Se. Kayſerl. ajeſtät Kraft tragender allerhöchſten Schutz⸗ d Schirm⸗Gerechtigkeit der teutſchen Stifter ſonderlich die dieſen aus den Reichs⸗Geſetzen ſtehende Gerechtſame zu ſchützen geſonnen ſind, d dieſerhalb in denen aus den Reichs⸗Geſetzen d beſonders aus den Concordatis herrühren⸗ ı Streitigkeiten die allerhöchſte Gerichtbarkeit ɔren;

Moſer von der teutſchen Religions⸗ Verfaſſung nach den Reichs⸗ Geſetzen *lib.* 3. *c.* 3. §. 70. *p.* 731.

de Cramer in Nebenſtunden 85 Theil *p.* 103.

Als halte ich den Rechten nach dafür:

Daß, wenn zuförderſt Inſignis Eccleſia ɔllegiata ad St. Stephanum durch eine bey r. Churfürſtlichen Gnaden zu Maynz vorzule⸗

 gende

gende unterthänige Vorſtellung derer ihr bey dem gegenwärtigen Erledigungsfall zuſtehenden Gerechtſamen die Erledigung dieſer Angelegenheit nachgeſuchet, ſolche aber zu erlangen nicht vermögen ſollte, dieſelbe bey Sr. Kayſerlichen Majeſtät die allerunterthänigſte Anzeige zu thun, und den allerhöchſten Schutz zur Aufrechthaltung der Kraft der Concordatorum unternommenen Vergebung gedachter Canonical-Präbende, und die Aufhebung der gegen die Concordata unterm 16. Dec. 1774 geſchehenen Proviſion nachzuſuchen, berechtiget ſeye. Von Rechts wegen zu Urkund deſſen habe ich dieſes Rechtsgutachten abgefaſſet unterſchrieben, und unterſiegelt.

Göttingen den 20ten Febr.
1775.

Georg Ludwig Bœhmer D.

Königlich-Großbrittanniſcher und Chur-Braunſchweichiſcher wirklicher geheimder Juſtiz-Rath, erſter ordentlicher Lehrer der Rechte, und *Ordinarius* der Juriſten-Facultät auf der *Georg Auguſtus* Univerſität zu Göttingen.

XVIII.

Digitized by Google

XVIII.

Anonymus in Diſſert. ad Concordata de alternativa menſium, ſive de reſervatione beneficiorum ex qualitate temporis vacantium juxta §. *de cæteris vero &c.*

Quis Ordinarius, an Epiſcopus vel Capitula Germaniæ qui Sede Papali vacante conferenda habet Beneficia in Menſe alias Apoſtolico vacantia?

I. Eadem libertas conferendi Beneficia, quæ aliis Ordinariis extra Germaniam competit pro Sede Papali vacante, eadem & competit Germanis, communi omnium Doctorum, & ipſius Curiæ Romanæ conſenſu, ne Concordata in Germanorum odium detorqueantur. At favor iſte Germanis competens an & cur præciſe Capitulis, & non Epiſcopis vel Archi-Epiſcopis competat, nunc diſquirendum erit. Diſcitur quidem in Diſſert. 1774. Würceburgi *de libertate Eccleſiarum Germaniæ Concordatis vindicata*, a) quod omnes illæ exceptiones undecunque ſtabilitæ, quæ reſpectu aliorum extra Germaniam Ordinariorum Beneficia quædam in Menſibus Papalibus vacantia a reſervatione Alternativæ per Regulas Cancell. ſtatutæ eximunt: eodem imo fortiori Jure Ordinariis Germaniæ ſuffragari debeant: ex hoc autem præciſe non licet pro Cap-

a) Sub præſidio Cl. D. Endres & defendente Clerico Spirenſi Thiery §. *XXXIII. n.* 5.

Capitulis vel pro Epiſcopis aut Archi-Epiſcopis concludere.

II. Alterum Argumentum, Menſes nullos vigere tempore Sedis Papalis vacantis, Menſes non eſſe Apoſtolicos, vel reſervatos, ut relati apud Garciam *b*) firmant, & tenet etiam in Germania, ne Concordata & *Menſium alternatio* in favorem Ordinariorum introducta in eorum potius odium detorqueantur, videtur evincere: Sede Papali vacante in omnibus menſibus ad Capitula Spectare collationes Conf. Rechts-Gutachten, Illuſtr. Bœhmeri. Ita verum quidem eſt, nullam eſſe reſervationem ratione Menſis Apoſtolici, vel nullos eſſe Menſes reſpectu Curiæ Romanæ; nec Ordinarii ſunt per Alternativam Concordatis introductam eatenus Sede Papali vacante a Collatione talium Beneficiorum excluſi; ſed quæſtio tantum in eo eſt, *an præciſe Capitula, vel econtra Archi & Epiſcopi ſubintrent, ceu Ordinarii?* Secluſam remanere Sedem papalem viduatam æque reſpectu Germaniæ ac aliarum Nationum indubium hic ſuppono, licet id non evincat allatum Argumentum, quia non probat Menſes antea Apoſtolicos Sede Pap. vacante ſpectare ad Capitula: quid enim *ſi Neo-Electus intra trimeſtre adbuc conferret, vel ejus Indultarius?*

III. Trita tamen & vulgata, ac propriis in impreſſis confeſtata regula eſt in Materia Con-

b) *Part. V. cap. I. n.* 645.

Digitized by Google

Concordatorum, & Collationibus Beneficiorum Capitula eſſe Ordinarios. Verum Capitula Germaniæ ſunt Ordinarii Collatores ſuis *primo* in Menſibus, & ſic ſunt Ordinarii cum Papa alternantes: 2do ſunt Ordinarii poſt lapſum trimeſtris ad literam Concordatorum, *ex tunc & non antea*, etiam vacantium Beneficiorum in Menſe Apoſtoſtico in Specie. Quæſtio autem eſt, de Beneficiis in Menſe Apoſtolico vacantibus ante lapſum trimeſtris quis conferat? dubium iſtud procedit inter Epiſcopum proprium, & Capitula Diœceſeos, quod ſane non ita expeditum videtur Sede Papali vacante.

IV. In Reſponſo Juris ad Conſultationem RR. DD.. Decani & Capituli Collegiatæ S. Mauritii prope Muros Civitatis Hildesheimenſis Juridica facultas Moguntina quondam ſequendi utebatur ratione, qua voluit oſtendere, ex ipſis Concordatis Capitula Germaniæ eſſe Ordinarios illos Collatores, ad quos alias pertinet diſpoſitio, vel proviſio, non vero Epiſcopum. Ibi -- *tunc*, *cui talis facultas conferatur*, *ſatis indicant verba Concordatorum* --- Ordinarius vel ille, ad quem illius diſpoſitio pertinebit, de illo libere diſponere poterit - *ut intelligatur is*, *qui Jus habet conferendi in Menſibus alternis*: igitur Capitula ſunt talis Ordinarius, cum iſta habeant jus conferendi in Alternis. Erroneum eſſet, hoc negare; at textus Concordatorum loquitur de

 Bene-

Beneficiis poſt trimeſtre vacantibus: horum Ordinarios eſſe Capitula jam annuimus, & eo tendit etiam Reſponſum d. Facultatis Juridicæ in caſu illi ſubjecto, & præmiſſa Specie facti. Hic quæritur, annon ante trimeſtris lapſum Beneficia Sede Papali viduata in Menſibus Apoſtolicis vacantia Archi-vel Epiſcopus conferre vel prævenire, & concurrere poſſit cum Capitulis, aut de illis aliter, vel quovis modo diſponere?

V. Quidquid demum oppoſitum hactenus fuit, aut opponetur in ſimili, pro Capitulis præciſe non concludenter probat; utar alio hoc ipſo uno & ſtringenti argumento, ſcilicet, quod ante Concordata unice Capitula Eccleſiarum Germaniæ Ordinarii fuerint Collatores, & exercuerint totale Jus conferendi, non Epiſcopi: quorum manus per reſervationes Apoſtolicas ſucceſſive inductas ligatæ erant; eorum etiam, ſublatis reſervationibus, manus libera erit, aut ſaltem ceſſantibus illis tempore Sedis vacantis, denuo ut antea libera poteſtas conferendi competet: teſtata autem res eſt, Capitula, non Archi & Epiſcopos ante reſervationes Apoſtolicas contuliſſe Beneficia; quidquid ſit de Capitulis extra Germaniam; nam ſpecialiter Capitula Germaniæ gloriantur Jure eligendi, & conferendi Beneficia, & prælaturas. *c*) Sic &

c) Herbipoli ubi Menſes Apoſtolici non extant, ſola Capitula conferunt omnia Beneficia.

& nunc Sede vacante, ſeu exeunte reſervatione Apoſtolica, capitula denuo ut quondam, ita & nunc liberas & ſolutas in conferendis Beneficiis manus habere, tuto ſequitur ex natura ipſarum & reſervationum Apoſtolicarum; eædem enim manus ſunt Sede Papali vacante liberæ, quæ erant ligatæ per reſervationes Apoſtolicas vivente Papa.

VI. Procedit hoc æque in Beneficiis Alternativæ ſubjectis, ac de dignitatibus, maxime de Præpoſituris, & Decanatibus, quæ partim ante partim poſt Concordata indubie ad Capitulorum electionem ſpectaverant in Germania, & etiamnum ſaltim de Jure ad Capitula ſpectant, ut ſuo loco oſtendemus.

VII. Non diriguntur primariæ preces Imperatoriæ, nec ipſæ Exſpectativæ S. Pontificum Concordatis anteriores ad alios dirigebantur, quam ad Capitula. Innegabile proinde eſt, Ordinarios in Germania ſemper fuiſſe Capitula ſaltim quoad Collationes Beneficiorum.

VIII Diſtinguenda nihilominus ſunt vacationis tempora & caſus; præmitto a) per Concordata inita Natio Germ. non debet eſſe deterioris Conditionis, ac aliæ Nationes, & ſic Sede Papali vacante, etiam in Germania ceſſant iſtæ reſervationes Papales ratione Menſium. b) Reſervationes pro Sede vacante nequidem fuere objectum vel Litis vel concordatorum, adeoque concordatum tantum

eſt

eſt; & pacta iſta inita ſunt cum Sede plena, vel S. Pontifice, non cum Sede vacua. c) Non poteſt dici præjudicium Nationis, ſive Capitula ſive Epiſcopi ſint conferentes Beneficia. Igitur his ſuppoſitis vel caſus eſt d) ubi vacat Beneficium Sede Papali plena, & quia initium vacationis attenditur in alternativis, non poteſt hoc Beneficium non eſſe reſervatum; quamquam poſtea decedat S. Pontifex ante Collationem, & ſic videantur Sede Papali vacante reſervationes iſtiusmodi exulare, nihilominus beneficium hoc ſemel reſervatum veroſimiliter non manet uſque ad lapſum trimeſtris adeo, ut ſi ante lapſum trimeſtris Neo Electus ſubintraret Papa, & proviſus ab eo intra terminum compareret, is non neceſſario recipiendus eſſet ad Eccleſiam vel Beneficium. Si vero adſit e) Indultarius Apoſtolicus, extra dubium eſt, taliter vacantia Beneficia ab eo conferri poſſe, ſicut in altero caſu, ubi nullus vel a Papa vel Authoritate Apoſtolica ab Indultario proviſus fuerit intra trimeſtre. f) Pariter Capitula Germaniæ lapſo trimeſtri Beneficia in Menſe Apoſt. vacantia conferant tam pro Sede plena quam pro viduata.

IX. Vel alter Caſus eſt g) ubi Beneficia vacant in Menſe alias Apoſtolico, at Sede Papali jam vacante: in eo caſu h) expeditum eſt reſpectu Curiæ Romanæ tempore viduitatis Beneficia vel dignitates minores has non eſſe reſervatas, quia vacatio Sedis Apoſto-

licæ

licæ impedit & excludit reſervationem & Concordata æque ac Regulæ Cancell. tunc nihil operantur. *d*) Igitur Ordinariis Germaniæ i) mox libertas eadem conferendi competit, ſicut extra Germaniam: ſi enim k) exſpectetur lapſus trimeſtris, Speciali titulo Concordatorum privative ad capitula pertinet, Beneficia conferre.

X Inde dubium præſens eſt de Jure & tempore Collationis *intra tres Menſes* 1mo inter Epiſcopos & Capitula, 2do inter Epiſcopos Indultarios vel Legatos, & Capitula, vel denique 3tio inter Archi-Epiſcopos Electores Indultarios, & Capitula ſua; quorum dubiorum reſolutio dabitur in ſequentibus.

Si Lis inter Capitulum & Epiſcopum.

I. In Locis Germaniæ, ubi Capitula inter & Epiſcopum quæſtio hæc moveretur, Epiſcopus vero nullum haberet Indultum Papale conferendi, poſſet Capitulum jam ante lapſum trimeſtris procedere ad Collationem, quia totale Jus conferrendi in omnibus Menſibus privative quoad Epiſcopum pertinet ad S. Pontificem & Capitulum; vivente illo eſt Jus Capituli ad 6. Menſesreſtrictum, eo decedente ceſſant reſtrictioones, ceu reſervationes, igitur Sede vacante jus totale ad Capitulum ſpectat.

II. Sicut in Concordatis Concilii Conſtantienſis Martini V. cum Natione Sedes Apo-

d) Gonz. *ſuper reg* 8. §. 1. *prom. n.* 74. pax Jordan. *lib. IX. tit.* 1. *de Benef. reſerv. n.* 55.

Apoſtolica plena conferendum habuit Beneficium alterna vice, ita nunc alternis Menſibus cum Capitulo: igitur Capitula quoque in his alternis Menſibus, Sede Papali vacante ceu non Apoſtolicis æque conferunt Beneficia privative quoad alios etiam Epiſcopos, ſicuti Sede vacante tunc illa vice non alternârunt.

III. Non poteſt dici, quod Epiſcopi Germaniæ ceſſerint medietatem Menſium S. Pontifici de ſua portione, Concordata ineundo, quia in locis, uti Herbipoli, ubi Concordata quoad Alternativam, non fuere acceptata, tamen Epiſcopi nihil conferendum habent, ſed totale Jus conferendi ad Capitula pertinet.

IV. Quidquid ſit de Epiſcopis extra Germaniam: in Dalmatia ſoli Epiſcopi conferant Beneficia, ut refert Pax Jordan, & fit in aliis Regionibus; ſed idem in Germania non obtinet. Nequidem Epiſcopi ſimultaneam cum Capitulis habent, proin Sede Papali vacante etiam nihil participant, ſed Capitula Menſes ſuos integros poſſident.

V. Jus iſtud Univerſale conferendi Beneficia penes Capitula Germaniæ conſiſtens non eſt ceu conſuetudo *facti* ab allegante in his vel illis locis probanda *e*), id probaſſe de fa-

e) Ceu in *Beneventana Juris conferendi coram Taja, & in Novarienſi* ex Card. de Luca refert Rigantius *in I. part. Reg. IX. Cancell. §. IV. n.* 13. & 17.

facto Capitulum Novarienſe, Beneventanum, & Patavinum, Jus totale, etiam in Italia, exercuiſſe independenter ab Epiſcopo; ſed citra omnem ſcrupulum Beneficia vacantia in locis, ubi Epiſcopi nullum Indultum habent, etiam Capitula Germaniæ & conferunt, & Juris conferendi præſumtionem pro ſe militantem, uniformiter adſtruunt privative quoad Epiſcopum, & eſt notoria eadem Germaniæ praxis; ut enim

VI. Vivente S. Pontifice poſt lapſum trimeſtre ſubintrant ex litera Concordatorum, ita & ante trimeſtre Sede Papali vacante, remoto obice, & exeunte reſervatione ratione Menſium Beneficia taliter vacantia conferre poſſunt.

VII. Si ad Epiſcopum ceu Ordinarium pertinerent hæc Beneficia conferenda, nequidem Capitula poſſent eadem conferre Sede Papali & Epiſcopali vacante, quia Collationes Beneficiorum ad Epiſcopum pertinentes Sede Epiſcopali vacante, ceu fructus, ſervandæ ſunt futuro Epiſcopo *f*). Hæc autem eſſet reſpectu Germaniæ omnino exorbitans prætenſio; & poſt trimeſtre contra literam Concordatorum manifeſta Uſurpatio.

VIII. Fuſe & ad rem docet Van Eſpen *g*) qualiter Epiſcopus ceu ordinarius Ordinationis

f) *Cap. 2. ne Sede vacante & cap. un. eodem in 6.*
g) *J. E. U. part. II. tit. XXI. cap. I.*

tionis Miniſter ſolus contulerit Beneficia primitus, quamdiu iſta a ſacra Ordinatione ſejuncta non fuerant; & quomodo hæc erectis titulis ſenſim ab ipſa Ordinatione, ſic & ab Epiſcopi collatione ad Capitula ulterius labentibus Sæculis ſint devoluta, remanſit penes Epiſcopos, ſicut cura principalis totius Diœceſeos, ita & Clericorum inſtitutio, examen præſentatorum, Approbatio ad Curiam, tametſi regulariter Jus præſentandi & nominandi ad Inferiores translatum ſit, in hoc ſenſu, & quia poſſunt reſignationes, permutationes admittere, inſtituere, & deſtituere ex cauſis Canonicis, privare Clericos, Ordinarii hi, quatenus Epiſcopi, pro ſe Juris præſumtionem habent militantem, maxime tamen ſi agatur contra reſervationes Apoſtolicas, de quo Jure naturali ac nativo ejusque favore jam alibi ſufficienter egi. Secus hic ubi agitur contra Capitula Germaniæ, & de momento diſciplinæ, quæ pro temporum & bonorum varietate varia eſſe poteſt, ubi uſus ſingularum Eccleſiarum ſervandus eſt *b*).

IX. Non tantum hæc eſt conſuetudo in Germania ſive ex fundatione, præſcriptione, aut privilegio originem habeat, ſed & *i*) ſub Innocentio III. generalis fuit conſuetudo in Thuſcia, ut in Cathedralibus Eccleſiis ſolum Capitulum irrequiſito Epiſcopo eligendi Canonicos habeat facultatem. Atque

X.

b) De Riegger *Inſtit. Juriſpr. Eccl. part. III.* §. *CXVIII.*
i) Teſte Van-Eſpen *l. c. n. XVI. ex cap.* 31. *de Elect.*

X. Conſuetudo hæc Germaniæ pro Capitulis tam generalis eſt, ut præſcriptione vel alio titulo non egeat, ſed vim Legis habeat, ſitque ſecundum Jus, ut N. V. dictum; econtra reſpectu Epiſcoporum excluſa remaneat ſimultanea in conferendis Beneficiis, & totale Jus conferendi privative ad Capitula ſpectet, excluſis in totum Epiſcopis, abſtrahendo a Regula Monachali vel Canonicali S. Grodogangi, quæ Præpoſito (ſucceſſive Capitulo) dedit facultatem recipiendi Monachos, & Canonicos, ut de Sæculariżatis, & ab Origine Sæcularibus Eccleſiis Collegiatis obſervat Thomaſſin. *k*). Inſiſtendum igitur obſervantiæ, & uſui introducto: ſicut enim in Belgicis Eccleſiis Cathedralibus nonnullis ſoli Epiſcopo competit jus conferendi præbendas *l*) Capitulo Novarien Patavino, Brixien. Tarviſino, Beneventano. Neutrum præ-

k) *Part. IV. lib.* 2 *cap. IX.* Van-Eſpen *l. cit. N. XIX.* Würdtwein ſubſid dipl. *tom. II. lib. XII. p* 346. Statuta Eccleſ. Pinguenſis de conſenſu Ordinarii renovata Anno MCCCCIII de diſpoſitionibus beneficiorum p. 345 & 346 habetur --- *Canonicatuumque & Præbendarum nec non Plebanatus & omnium aliarum Vicariarum præfatarum collatio, proviſio & quævis alia diſpoſitio, ad ipſius Eccleſiæ capitulum ſalvâ duntaxat cura animarum: : dignoſcitur pertinere.* Rurſus ibidem Tom. II. N. LXI. p. 336. in terminis generalioribus ſub Conrado Archi-Epiſcopo Mog. 1427.

l) Teſte Van-Eſpen *lib. cit. n. XVII.* ita teſte Rigantio *in reg. IX. Cancell.* §. *III. n.* 129.

præjudicat Germaniæ, cui ſua conſervanda erit Conſuetudo, vel Lex, ut Capitula ſint Ordinarii in conferendis Beneficiis, & Epiſcopi Ordinarii Juriſdictionis tam pro Sede Papali vacante, quam plena, niſi poſteriores ſpeciali Indulto fuerint muniti.

Si Lis inter Capitulum & Indultarium.

I. Econtra ſi adſit, qui habeat Indultum conferendi ſeu præſentandi Beneficia vacantia in Menſibus Apoſtolicis, quæritur an locus ſit Indulto Sede Papali vacante? Garcias *m*) negative reſolvit, quia tunc ceſſante regula reſervatoria per obitum Papæ, nulli ſunt Menſes Apoſtolici, cum de Jure collatio Beneficiorum in quolibet Menſe vacantium ſpectet ad Ordinarium *n*).

II. Ratio id manifeſte docet, quod Indultarius Sedis Apoſtolicæ non poſſit conferre vi Indulti Beneficia non vacantia amplius in Menſe Apoſtolico: ubi Sede Papali vacante ceſſat reſervatio, Indultarius reſervata conferendi ſuo Indulto uti nequit cum non remaneat ſubjectum, ſuper quo verſari poſſit Indultum *o*).

III.

m) *Part. V. cap. I. n. 647.*

n) Adducendo varias deciſiones Rotales quod idem Author extendit n. 648. ad Indultum Ducis Albani.

o) Rigantius *in I. part. Reg. IX. Cancell.* §. *IV. n.* 19. 23. 24.

Digitized by Google

III. Limitatam enim ad Beneficia ratione Menſium reſervata facultatem habet Indultarius, ubi igitur Sede vacante exeunt reſervationes, & Beneficia non ſunt reſervata, Indultarius ea conferre nequit, eſto quod per obitum Papæ non exſpiret Indultarii vel v.g. Nuntii poteſtas *p*), eſto, quod Sedis Apoſtolicæ magis, quam Perſonæ delegatus, tamen Beneficia, quæ Sede Apoſtolica vacante ratione Menſis non ſunt reſervata exeunte regula IX. Cancellariæ, quæ alias Sede plena haberet conferenda, poſt obitum Papæ conferre nequit, ubi deficit reſervatio Menſium, Indulti uſus & exercitium ſuſpenditur, retinent habitu tantum facultatem conferendi Beneficia reſervata ratione Menſium, ita ut Electo S. Pontifice dictæ facultatis renovatione non indigeant.

IV. Eſto inſuper, quod Indultarii, inter quos etiam referuntur Nuntii, habeant facultatem Ordinariam; Ordinaria autem non exſpiret morte S. Pontificis *q*): igitur ſive Sedes plena, vel vacans, Indultarius taliter vacantia Beneficia conferendi facultate gaudebit, ſaltem poterit cum aliis Ordinariis concurrere, vel illos omnino prævenire: Verum huic argumento Pasqualigi jam ſatisfecit Rigantius l. c. dicendo, Indultarios habere fa-

Dd 2 cul-

p) Ut ait Wameſius *Conſ.* 42. *n.* 4. ad mentem *cap.* 2. *de offic. legat. in* 6.

q) Ut Pasqualig. *quæſt. moral. jurid.* 229.

cultatem ordinariam conferendi, aſt limitatam ad vacantia & ratione Menſis reſervata, ubi itaque poſt obitum S. Pontificis vigore Reg IX. nihil amplius reſervatum, indulti uſus ceſſare debet. Jure Legationis per ſe Nuntii Beneficia conferre non poſſunt, *quantumcunque plenam obtineant Legationem*, *r*) inde etiam non poſſunt cum Ordinariis concurrere, & hoc Jure hodie vivitur, *s*) & vel maxime in Germania, ubi S. Pontifici id ipſum, ſi viveret, denegatur, concurrere cum Ordinariis, vel illos prævenire.

V. Nuntios ais vel alios Indultarios Apoſtolicos vi legationis ſuæ utique non habere jus conferendi Beneficia *t*) cum in Jure communi Decretalium nullæ dentur reſervationes, niſi apud Sedem vacantium: aſt hodie poſt Concordata variæ aliæ inductæ ſunt reſervationes, & ſic habentes Indultum conferendi Beneficia ratione Menſium reſervata videntur etiam decedente S. Pontifice æquali Jure gaudere; id ceu verum admitterem, modo decedente S. Pontifice non ceſſarent Regulæ Cancell. & Beneficia ratione menſium quædam eſſent reſervata. Alias plus Juris eſſet in Indultario, quam in Papa, qui Indultum conceſſit

r) *Sive a Nobis* (Innocentio IV. A. 1245.) *miſſi fuerint, ſive ſuarum prætextu Eccleſiarum Legationis ſibi vindicent dignitatem cap.* 1. *de Offic. leg. in* 6.

s) Ut ait Rigantius *l. c. n.* 42. ſequendo Gonz. & Card. de Petra.

t) *Cap.* 1. *de off. legat. in* 6.

Digitized by Google

ceſſit, quod repugnat. *u*) Nam reſoluto Jure dantis reſolvitur quoque Jus accipientis.

VI. Legati a Latere, qui hodie ſunt Cardinales ratione ſui muneris, adeoque Jure ordinario id obtinent, quod reliquis ſpecialiter indulgendum, ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic funguntur Auctoritate ampliori. *x*) Aſt quali? Rigantius ait *l. cit. n.* 31. Cardinales conferre poſſe Beneficia in ſua provincia, & concurrere cum quolibet Ordinario, ita ut ſit locus præventioni. Verum nunc loquimur 1mo de Germaniæ Beneficiis conferendis, ubi nec Papa concurrit cum locorum Ordinariis. 2do Sede Papali vacante, ceſſant reſervationes Papales, ita & Indulta conferendi Cardinalibus extraordinaria & particularia extra proprias Eccleſias Cardinalibus conceſſa; ſimiliter ex defectu reſervationis & Regula IX. Cancell. poſt obitum Papæ.

VII. Quid ſi & iſtud in privilegio Papali expreſſe concederetur Cardinalibus vel aliis Indultariis, ut & ſuo Indulto utantur poſt obitum Papæ, quaſi viveret, & eadem fungantur auctoritate, anne tunc, quæ Sedi Apoſtolicæ amplius non ſunt reſervata, conferre poterunt Beneficia? Cardinales a Latere

 non

u) *L. lex vectigalis §. de pignoribus.* Ant. Mar. de Nigris *tract. de vacationibus Benef. lib. II. cap. XXV. n.* 6.

x) *Cit. cap.* 1. *de off. Leg. in* 6.

non erunt S. Pontifice defuncto, tantum in Germania Collatores Beneficiorum, & ſi alibi, certe non in Germania, fundatum eſſe Gravamen Nationis Germanicæ, ſi Papa taliter poſſet vel vellet concedere Indultum conferendi Beneficia poſt obitum ſuum, ſic in Menſe Apoſtolico vacantia; cum id ipſum non ſit reſpectu aliarum Nationum; hæque habeant liberam diſpoſitionem pro Sede vacante in omnibus Beneficiis, Germani Ordinarii durioris forent Conditionis, quod non eſt cogitandum.

VIII. Igitur ut evitetur gravamen Nationis Germanicæ, Indultarii ſive Legati ſint miſſi, ſive a Latere, modo ſint exteri, non gaudent Jure conferendi Beneficia, utpote non amplius Sedi Apoſtolicæ vel Papæ reſervata, cum hæc privative ſint ad Collationem Ordinariorum Germaniæ in omnibus Menſibus Spectantia, ne Germani ſint deterioris Conditionis, ac aliæ Nationes Sede Papali vacante: atque ideo Papa concedendo Indultum cenſetur velle de ſuo dare, nec cuiquam præjudicare, igitur & Indultarius ea Beneficia, quæ ſpectant ad Inferiores Collatores, & non ad Papam ſemotis reſervationibus minime conferre poſſunt.

Si lis inter Capitulum & Epiſcopum vel Cardinalem, vel Archi-Epiſcopum Indultarium.

I. Indulta etiam Cardinalium alia ſunt extraordinaria reſpectu Eccleſiarum ad alios ſpe-

Digitized by Google

ſpectantium: ita Cardinales ad aliam Eccleſiam tranſlati retinent nonnunquam Indultum conferendi Beneficia prioris Eccleſiæ: iſta Indulta ſunt ſtricte interpretanda, limitata & reſtricta ad vacantia in Menſibus Apoſtolicis, & quatenus reſervata: igitur Sede Papali vacante, ubi deficit reſervatio & regula IX. Cancell. ceſſat, fieri nequit proviſio vigore Indulti in Menſibus tunc non Apoſtolicis, & de Beneficiis non reſervatis tanquam reſervatis cum iſtiusmodi Indulta procedant tantum cum ſuppoſito reſervationis adhuc præexiſtentis.

II. Aſt quando Indultarii ſunt ſimul Ordinarii, & quæſtio de Beneficiis vacantibus in Eccleſia, cui actu præſunt, Jure ordinario etiam & communi conferunt; Indulta enim latius interpretanda tanquam reductiva poteſtatis conferendi ad terminos juris communis. *y*) Tria genera Indultorum diſtinguuntur, quorum alia tribuunt Jus de novo alia removent obſtacula, alia mixta ex utroque: inter iſta Indultum ut Reſervationum eſt remotivum, majus privilegium eſt, & tale utique habebunt Eminentiſſimi Electores & Epiſcopi Cardinales. *z*)

 III.

y) Rota *dec.* 537. *n.* 7. *& ſeq. lib.* 3. *part.* 3. *divers.* adde Rigantius *l. cit. n.* 37.

z) *Conf. deſſert. ad Concord. Germ. de reſerv. Benef. ex qualitate perſonæ Cap. II. §. XII. n* 7. Ibi - *In Indultis Ordinariis Papa reſtituit, quidquid ipſis abſtu-*

III. Argumenta priora, Indultarios non poſſe Sede Papali vacante conferre Beneficia ex defectu reſervationis, cum ceſſet regula Cancellariæ reſervatoria, & non remaneat ſubjectum, ſuper quo verſari poſſet Indultum, concernunt tantum Indultarios priores habentes Indulta extra ordinaria & particularia, quæ concedi ſolent Cardinalibus Nuntiis, Collegiis & Univerſitatibus &c. Hi utique poſt obitum Papæ ſuis Indultis uti nequeunt ex defectu reſervationum; aſt Indultarii qui ſimul Epiſcopi & ordinarii Collatores, in Eccleſiis ſuis, quibus actu præſunt, poſſunt Beneficia conferre in octo & reſpective in 6. Menſibus Papalibus etiam vivente S. Pontifice, non præciſe in vim Indulti ſibi conceſſi, ſed ut ordinarii Collatores excepti in Reg. IX. Cancel. quæ quoad iſtos reputari debet, ac ſi nunquam emanaſſet. *a*) Igitur & defuncto S. Pontifice, cum æque non ſit regula reſervatoria, hi Indultarii Jure Ordinario & communi eadem Beneficia in iisdem Menſibus vacantia conferre poterunt.

IV.

lerat per Reg. VIII. vel IX. Cancellariæ, ad quorum proinde favorem habentium Juris aſſiſtentiam contra Papam (ſi opus eſſet) concedentem fieri debet ampliſſima Interpretatio, ſecus de Indultis, quæ conceduntur favore illorum, qui non babent Juris aſſiſtentiam, ſed totum recipiunt ex mera Pontificis benignitate.

a) Rota *in Neapolitana Beneficii* 20. *Mart.* 1677. §. *fin. Coram Bouxlemont*. Rigant. *l. cit. n.* 38. *&* 43. *&* 45.

IV. Collationes, Inſtitutiones & deſtitutiones in Menſibus Alternantibus & Apoſtolicis poſt S. Pontificem pertinent ad Epiſcopum Cardinalem, & Archi-Epiſcopum adeo, ut in ipſis mediante poteſtate Pontificali omnino originentur. Epiſcopi Indultarii, qui jam in Jure communi fundatam habent intentionem, qua Epiſcopi infixum & radicatum Jus conferendi, & omnino inauferibile ſaltem quoad habitum, & non avulſum, non eradicatum, qui vivente S. Pontifice in his 6. Menſibus Apoſtolicis habent Jus conferendi liberum ab omnibus reſervationibus Regulæ IX; quomodo obitu S. Pontificis ſuperveniente, & regula reſervatoria Cancellariæ exeunte deſinent eſſe Ordinarii, aut quomodo quoad iſtos ipſos Menſes ab inferioribus Collatoribus in totum excludentur (*b*).

V. Non relevat dicere: 1) Daß die Vergebung der in Frag ſtehenden, dem Päbſtlichen Stuhl wirklich eröfneten Canonical Präbend nach den Concordatis Principum Germ. als einen Reichs-Grundgeſez zu beurtheilen, in dieſem aber 2) Die

 von

b) Conf. *diſſert. ad Conc. Germ. de reſerv. Benef. apud Sedem cap. I. §. XXI. n. VII & VIII.* ibi --- *Jus commune vehementer reſiſtit Inferioribus Collatoribus volentibus in totum excludere Epiſcopum a Collatione --- ſi Sermo ſit de Beneficio vacante -- in Menſe Apoſtolico, durum eſſet --- Indultarium excludere, aut Sede vacante Epiſcopum. Lötter & Clericatus ibidem relati.*

von Seiten des Päbſtlichen Stuhls beliebte Alternatio Menſium theils mit den Biſchöffen und Erzbiſchöffen als ordinariis Collatoribus, theils mit den Stiftern und Capitulis, denen das Jus conferendi Beneficia vermög ihrer erſten Stiftung oder Verleihung oder alio ſpeciali titulo erworben iſt, fortgeſezet worden, und die leztere daher in Anſehung dieſes erworbenen Vergebungsrechts nicht minder als ordinarii Collatores angeſehen worden. *c*) Etenim Ordinarios hos jam ſupra nominavi, aſt Inferiores & alternantes, ordinarios in reliquis 6 Menſibus ad literam Concordatorum & ut tertia ratio decidendi ejuſdem Clar. Bœhmer clare id indicat --- wie dann ſolches 3) Der Jnhalt der Concordatorum aufs gewiſſeſte erhärtet, indem darinn a) von Seiten des Päbſtlichen Stuhls bewilliget worden, quod Pontifex non impediet, quominus de Beneficiis, cum vacabunt, de Menſibus Februarii --- libere diſponatur per illos, ad quos Collatio, Proviſio, Præſentatio, Electio aut alia quævis diſpoſitio pertinebit, ferner auch b) in dem Fall, da die in denen dem Päbſtlichen Stuhl vorbehaltenen Monathen die Vergebung innerhalb 3 Monathen nicht erfolgen ſollte, eben ſowohl verſtattet werden, ut ex tunc & non antea Ordinarius vel alius, ad quem illius diſpoſitio per-

c) Ita Georg. Lud. Bœhmer *in Reſponſo* 20. *Februar.* 1775.

Digitized by Google

pertinebit, de illo libere diſponat, unter dem letzteren Ausdruck aber Stifter, Capitula und andere Inferiores Collatores Ordinarii um ſo gewiſſer bezeichnet ſind, als ſolcher in der Kürze gefaßte Ausdruck eben daſſelbe andeutet, was in den vorhergehenden Worten, ad quos Collatio, Proviſio, Præſentatio Electio, aut alia quælibet diſpoſitio pertinebit, vollſtändiger angezeiget worden. Verum quæſtio eſt de Beneficiis vacantibus in Menſibus alias Apoſtolicis, & de Collatione ante lapſum trimeſtris facienda; annon hæc ad Eminentiſſimos Archi Epiſcopos vel ad Epiſcopum Cardinalem ſpectent conferenda potiori Jure, quam ad Capitula vel reliquos Inferiores, qui pacto publico Concordatorum, ut habet 4ta ratio decidendi laudati Reſponſi Bœhmeriani & cum conſenſu Procerum Imperii Archi & Epiſcoporum Jus conferendi habent - - ibi als eines Theils das Vergebungsrecht: aſt reſtrictum & limitatum 1mo ad Menſes ſuos alternantes, & dein 2do ad vacantia poſt trimeſtre: quod igitur fundatione vel legitima Præſcriptione aut pacto ad Capitula pertinere non adeo conſtat, eatenus ſemper debet eſſe aliqua & præcipua Authoritas Epiſcopi. *d*)

VI. Eodem enim pacto publico alii ſex Menſes a Capitulis dimiſſi pro ſummo Pontifice; hos menſes S. Pontifex plene ſuos habet,

d) De Riegger *Inſt. Eccl. part. III.* §. 118.

bet. & eapropter Apoſtolici dicuntur, jam Archi-Epiſcopi Electores & Epiſcopi Cardinales Indultarii de illis videlicet, quæ --- *tam in ſingulis juxta Concordata Nationis German. cum Sede prædicta inita Menſibus Apoſtolicis, quam quoties Collatores & Collatrices illa conferre, & de illis providere aut ad illa nominare vel præſentare per reſervationes Apoſtolicas impediuntur --- quibusvis perſonis idoneis --- providere ac illa eis conferre -- libere & licite valent perinde ac ſi Collationes, Proviſiones, noſtræ gratiæ exſpectativæ, ſpeciales vel generales aut etiam mentales reſervationes -- & aliæ diſpoſitiones -- non emanaſſent, nec apparerent, ac Regulæ Cancell. & aliæ conſtitutiones Beneficiorum -- --- ad Beneficia hujusmodi nullatenus ſe extenderent*; quo Jure deinceps Capitula, ſi Regulæ Cancell. per mortem S. Pontificis exſpirent, poteſtatem Archi-Epiſcopi vel Epiſcopi Cardinalis in conferendo ejusmodi Beneficia reſtringent, aut menſes hos ſuos facient ante lapſum trimeſtris, ubi Archi-Epiſcopi & Cardinales Epiſcopi in Menſibus Apoſtolicis ſunt Collatores Ordinarii vivente jam S. Pontifice a Regula VIII., hodie IX. Cancell. in Concordatis repetita, aliisque reſervationibus ratione Menſium literaliter excepti ſunt? ſiquidem Indulta ita intelligenda ſunt, prout obſervata fuerunt. *e)* Spectata ulteriori ratione, quod Capitula hos ſex Menſes plene ſuos

e) Urſaya *diſcept. Eccl. Tom. VI. diſc.* 30. *n.* 11. Rota & DD. ibidem relati.

ſuos habeant, ac pro ſemper, quin unquam poſſint quocunque ſub prætextu impediri.

VII. Sententiæ contrariæ principalis ſtructura in eo poſita eſt, quod Capitula Germaniæ ante Concordata inita fuerint ordinarii Collatores in omnibus Menſibus, adeoque nunc per obitum Papæ exeuntibus Regulis Cancell., & ejus reſervationibus Collatores ſint iidem, & quorum manus per reſervationes Apoſtolicas ligatæ, eorum etiam ſublatis reſervationibus denuo manus ſint liberæ *f*). Aſt tota hæc ſtructura facile ruit, & in ſuppoſito, de quo loquimur, a) non recedimus ad Jus vel tempus, quod fuit ante Concordata b) in locum S. Pontificis quoad Jus conferendi Beneficia, de quibus quæſtio eſt, jam ſubintraverunt Archi-Epiſcopi & Epiſcopi Eminentiſſimi Cardinales vivente adhuc S. Pontifice. Et quidem c) qua ordinarii Collatores, perinde ac ſi --- *reſervationes Generales vel Speciales in dictis Menſibus --- continentes ſeu inducentes ad Beneficia hujusmodi nullatenus ſe extenderent* g) quomodo deinceps Capitula ceu inferiores Ordinarii ſolo ſuperveniente morte S. Pontificis, & obſtante diviſione Menſium in Concordatis ceu pacto publico facta, contra proprios ſuos

f) Allatum Reſponſum Juris Bœhmeri *in* 9 & 10*ma* ratione decidendi idem in ſimilibus terminis habet ibi ---

g) Conf. diſſert. *ad Conc. Germ. de reſervat. Benef. ex qualit. perſona Cap. II.* §. *XII. n. II.*

Digitized by Google

os Eminentiſſimos Ordinarios ſe ingerere pô-terunt? non inquam, fit reditus ad tempora antè Concordata ſed reſpectu horum Menſium Epiſcopi Cardinales ſicut ante, ita & poſt obitum Papæ ſunt proximiores & potiores Jure iſtos Menſes uti ſuos ſeu Jure Ordinario ſeu delegato tenent, ita retinent: ſicut S. Pontifices non tangunt Beneficia vacantia in Menſibus Capituli: ita nec Capitula falcem mittere debent in Meſſem Pontificiam *b*).

VIII. Niſi Sede Papali vacante, ais, Ordinarii Germaniæ iterum ſua conferant Beneficia in omnibus Menſibus, erunt deterioris Conditionis, ac aliæ Nationes: itaque Capitulis Germaniæ indulgendum, ut deficiente reſervatione Papali ratione Menſium denuo in omnibus Menſibus liberas manus habeant, ut in priori numero illatum fuit: quia autem Germani minime cenſendi ſunt deterioris Conditionis, quando Archi- vel Epiſcopi ſunt ordinarii Collatores, quam ſi alii Inferiores, vel Capitula, inde non erit Gravamen Nationis, ſive ordinarii Epiſcopi ſive Capitula diviſos ſex alias Apoſtolicos Menſes habeant, retineantque.

IX. Debent tamen in vim Concordatorum in loco Beneficii comparere intra trimeſtre proviſi *Authoritate Apoſtolica*: poſt obi-

b) Rigant. *in proœm. loc. cit. n.* 33.

bitum Papæ nullus comparere poterit, *cui de Beneficio aliquo Apoſtolica Authoritate proviſum fuerit*, adeoque Capitulari Proviſioni locus eſt, ut ante Concordata. Huic argumento oppono, quod a) intelligatur aliquid fieri Authoritate Apoſtolica, ſive id immediate fiat per S. Pontificem, ſive per alios. Annon Epiſcopi Cardinales Authoritate Apoſtolica ſunt Indultarii, licet poſtea Jure communi & ordinario Beneficia conferant? annon eadem Apoſtolica Authoritate removetur obſtaculum reſervationis, & reducitur res ad Jus commune *i*)? b) Indultarii iſti poſitivam pariter facultatem vigore Indulti habent conferendi eadem Beneficia tanquam reſervata ratione Menſium, & perinde ac ſi reſervata non eſſent *k*). c) Obitu S.

i) Uti fuit antiqua opinio Rotæ & DD. hodie poſt ſupervenientem Conſtitutionem Urbani VIII. in ordine LIX ubi Indultorum forma mutata, inolevit opinio, quod Cardinales Beneficia in Menſibus reſervatis vacantia nedum Jure Ordinario, ſed etiam delegato conferant: vigore Indulti de hujusmodi reſervatione literaliter loquentis, quod non ſolum removet obſtaculum reſervationis, ſed eorundem Cardinalium Ordinarias facultates auget. Rigant. *l. c. n.* 45 & 46. & alii ibidem.

k) Rigantius *l. c. n.* 49. exceptio Cardinalium a Regula reſervatoria non impedit reſervationem, ſed removet effectum ejusdem reſervationis, præſervando Cardinales, qui non tantum Jure Ordinario, ſed etiam privilegiato Jure conferunt Beneficia, quæ alias ſunt ſimultaneæ Col-

S. Pontificis ſuperveniente Epiſcopi Cardinales & Eminentiſſimi Archi-Epiſcopi uti non deſinunt eſſe Epiſcopi Cardinales vel Archi-Epiſcopi, ita non deficit eadem poteſtas ordinaria conferendi Beneficia extra Menſes Capituli vacantia, ſeu ſpectentur reſervata ratione Menſium, ſeu non reſervata, cum Indultarii utraque polleant facultate Ordinaria & delegata *l)*. Anne Capitula ceu alternantes tantum & Inferiores Ordinarii in Menſibus pro Sede Apoſtolica dimiſſis poterunt deinceps ante lapſum trimeſtre ſe intromittere contra Eminentiſſimos Cardinales Epiſcopos, & Archi-Epiſcopos? Sedes licet Papalis vacet, ubi hi Sede jam plena ordinaria

lationis cum Capitulo, ad effectum, ut ſic inferiores Ordinarii excludantur, & Indultarii illa ceu reſervata vigore Indulti conferre queant absque eo, quod Capitula jus aliquod prætendere valeant ratione hujusmodi privilegii. Rigant. *l. cit.* *n.* 54. Lotter. Card. de Luca &c.

l) Ex litera Indulti - - - *perinde ac ſi Collationes Proviſiones noſtræ, gratiæ Exſpectativæ - - - & quævis aliæ diſpoſitiones non emanáſſent. Decernentes reſervationes affectiones, Regulas, Conſtitutiones ut ſupra Collationes, Proviſiones - - quoad impediendum Te, quominus in præmiſſis tua* ORDINARIA AUTHORITATE *& conceſſo tibi per præſentes Indulto hujusmodi uti valeas, ad Beneficia hujusmodi nullatenus ſe extendere, nec per quoscunque quavis Authoritate & poteſtate fungentes de Beneficiis prædictis ullatenus provideri ſeu diſponi poſſe, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis Authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.*

naria uti valent authoritate, quæ certo per obitum Papæ non exſpirabit.

X. Igitur opus non eſt reductione aliqua ad tempus ante Concordata, ubi Capitula dicuntur in omnibus Menſibus Collatores Beneficiorum: hodie Menſes per pacta publica ſunt diviſi; in dimiſſis his ſex Menſibus Eminentiſſimi Indultarii ordinaria uti valent authoritate, *irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari*; ſive Sedes plena, ſive vacans ſit, Epiſcopi Cardinales Indultarii ſunt, & manent in poſſeſſione conferendi Beneficia in ejusmodi Menſibus vacantia. Atque ſic uſus ſingularum Eccleſiarum eſt attendendus *m*). Ita 1) Sede Papali vacante per obitum Innocentii XI. præbendam Collegiatæ S. Gangolphi Moguntiæ 5. Sept. 1689 per obitum in Menſe Apoſtolico vacantem contulit Joanni Wilhelmo *Rein* Eminentiſſimus *Anſelmus Franciſcus* glor. mem. 2) in eadem Collegiata Sede Papali vacante, aſt ex reſignatione Henrici *Engels* vacantem dignitatem ſcil. Decanatum & Præbendam contulit Eminentiſſimus *Joannes Philippus* gl. m. Henrico *Turnich* 1670. 12 Maji defuncto Clemente IX. 3) in Collegiata S. Stephani Moguntiæ Anno 1605. 30 Martii teſte Proto-

m) De Riegger *Inſtit. Eccleſ. part. III. §. CXVIII. per totum.*

tocollo Capit. p. 29. Præbenda Werneri *Hauſſen* ab Eminentiſſimo Joanne Schweickard collata fuit Caſparo *Schmittner*. 4) Anno 1740. 9 Julii Eminentiſſimus *Philippus Carolus* Decanatum ejusdem Inſ. Collegiatæ ad St. Stephanum, vacantem per obitum Decani *Hankamp* in Menſe Apoſtolico contulit Reverendiſſimo Suffraganeo *Nebel*, Præbendam vero Conſiliario Eccleſ. *Decius*. 5) Eodem Anno 1740 24 Martii obiit in Collegiata Frideslarienſi Baro de Imhoff Sede Papali vacante per obitum Clementis XII. decedentis 6. Febr. & Eminentiſſimus *Philippus Carolus* Præbendam taliter vacantem contulit moderno Scholaſtico & Commiſſario de *Speckmann*. Capitulis nec in mentem venit, contra iſtiusmodi Collationes ab Eminentiſſimis Archi-Epiſcopis adhuc intra trimeſtre ſuſceptas ſe opponere, vel aliter ſe intromittere. De hac obſervantia teſtatur Reverendiſſimus Vicariatus Mog. ad Argentinenſem 1775. 17. Julii Eminentiſſimus conferre beneficia in menſe alias Apoſt. vacantia, *quod etiam Sede Apoſtolica vacante & abſque ulla illius a novo Pontifice petita renovatione uſque ad præfixum Indulti terminum libere exerceat, quia taliter proviſis controverſia hucuſque mota ſit.*

Si lis inter Capitulum & Emin. Archi Epiſcopum Electorem Summo Pontifice decedente ante Indulti conceſſionem vel renovationem.

I. Videri poſſet Eminentiſſimos Electores

res Sede Papali vacante ante conceſſionem vel renovationem Indulti Beneficia in Menſibus Papalibus vacantia conferendi Jus nullum habere *n)*.

n) Ut aſſeritur in allato Reſponſo Bœhmeri „So dann b) an einem Grunde, die vorgedachte Proviſionem aus einem Päbſtlichen Indulto zu rechtfertigen, es gänzlich ermangelt, weil Se. Churfürſtl. Gnaden ein Indultum Papale von Weyland Clemente XIV. noch nicht erhalten, Höchſtdieſelbe auch in der formula Proviſionis auf daſſelbe ſich nicht bezogen, noch darauf ſich beziehen vermögen, da die gedachte Vergebung einer dem Päbſtlichen Stuhl erledigten Canonical-Präbend ein durch die Concordata anerkanntes Päbſtliche Recht enthält, deſſen, Nahmens des Päbſtlichen Stuhls, zu unternehmende Ausübung ihrer Art und Eigenſchaft nach eine Päbſtliche Verleyhung zum Voraus ſetzet, und ſchon deßhalben in gemeinen Rechten verſehen iſt, quod irrita ſit proviſio Beneficiorum apud Curiam Romanam vacantium quocunque Jure Ordinario poteſtatis facta ſit, niſi pro eis conferendis ſpecialis & expreſſa Auctoritas ab ipſo Pontifice ſit attributa. cap. 2. de præb. in 6. Solchemnach 7) die vorgedachte Proviſio der Canonical-Präbend, da ſie weder überhaupt intra trimeſtre noch auch Jure poteſtatis Epiſcopalis mit Beſtand ertheilet werden können, für gültig und Rechtsbeſtändig nicht zu achten, noch auch dem Proviſo aus dem erlangten Beſitz der Präbend, weil derſelbe ſalvo Jure cujuscunque ertheilet iſt, und ob defectum veri tituli pro titulata poſſeſſione nicht zu halten, ein Recht erwachſen können. Viribus enim caret proviſio, quæ facta eſt ſine jure providendi. Cap. 17. de præb. in 6.

II. Verum Epiſcopus Cardinalis, & Archi Epiſcopus Elector, Eminentiſſimi hi ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic & Auctoritate funguntur ampliori, quam cæteri Epiſcopi; jus conferendi Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia dignitati majori & officio Authoritate Apoſtolica annexum eſt. Innocentius IV. o) ſtatuit, *ut Eccleſiæ Romanæ legati, quantumcunque plenam obtineant legationem - - ex ipſius legationis munere conferendi Beneficia nullam habeant poteſtatem niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendum: quod in fratribus noſtris legatione fungentibus nolumus obſervari:* igitur Eminentiſſimi iſti etiam ſine ſpeciali Indulto Beneficia ratione Menſium reſervata conferendi poteſtatem habent, ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic authoritate funguntur ampliori.

III. Intuitu dignitatis Majoris reſervata Beneficia ratione Menſium jam Sede plena conferunt ex tacito Indulto ceu excepti a *Reg. IX.* reſervante Menſes, ac in Concordatis repetita, proinde non reſtringuntur ad Indulta, ſed etiamſi ſint ſine illis, tamen intuitu Cardinalatus & majoris dignitatis in Eccleſiis ſuis fiunt ordinarii Collatores reſervatorum, quaſi non eſſent reſervata, non tam ex Indulto, quam de ejusdem *Regulæ* exceptione *p*) quid ergo obſtat, quominus Sede

o) Anno 1245. cap. 1. de off. leg. in 6.
p) Rigantius *in I. part. Reg. IX. §. III. n.* 55.

Sede Papali vacante eadem conferant, quæ Sede plena, cum aut ordinaria authoritate uti poſſint, aut Indulto? caſu ergo ubi deeſt Indultum, manent Ordinarii pro Sede tam plena, quam vacante.

IV. Quippe exceptio Regulæ, quæ eſt *tacitum Indultum* conceſſum Cardinalibus Epiſcopis, nihil poſitivi importat, ſed eſt ſimplex obſtaculi remotio *q*). Hinc deficiente expreſſo Indulto, quod ſuperadderet aliquid de novo, Epiſcopi Cardinales & Archi-Epiſcopi Electores in Menſibus alias reſervatis conferunt Jure ordinario & communi, quod Sede Papali vacante & ceſſante regula reſervatoria æque perdurat *r*).

V. Ceu vidimus antè reſpectu Archi-Epiſcopi Indultarii, qui Jus conferendi Sede Papali vacante exercuit in Menſibus Apoſtolicis non contradicente ullo Capitulo, & ſane non qua Indultarius, cum Beneficia Sede vacante ratione Menſium non amplius ſint reſervata bene autem ut Archi-Epiſcopus Sedis Moguntinæ, uti honoris, ita & Autho-

q) Rigantius *l. c. n.* 81, 82, & 84.

r) De Nigris *tract. de vacat. Benef. lib. II. cap. XXV. n.* 7. ibi -- *tantum ſublata fuerunt reſervationum obſtacula. Rot. dec.* 523. *n.* 12. *part.* 19. *Recent. tom* 2. *unde prout ante, ita & nunc beneficia, quæ vacant etiam Sede Apoſtolica vacante ad liberam illorum diſpoſitionem pertinent. Gloſſa in cap. is cui* ✝ *confirmatus de Elect. in* 6.

thoritatis particeps amplioris, ac reliqui Epiſcopi non Cardinales, ceu eſt in poſſeſſione conferendi pro Sede vacante in Menſibus Apoſtolicis.

VI. Si Capitula Germaniæ in Archi-Epiſcopis Electoribus, aut Epiſcopis Cardinalibus ad conferendum Beneficia in Menſibus Apoſtolicis & Sede Apoſtolica vacante prætenderent Indultum Apoſtolicum *expreſſum*, ſequeretur poſt obitum Papæ Beneficia manere reſervata ratione Menſium, eadem conferri a mere Indultariis etiam in Eccleſiis, ubi non præſunt, Capitula nullatenus ſe intromittere poſſe poſt obitum Papæ, contra prima eorum principia non exſpirare Regulam Cancellariæ utpote repetitam in pactis Concordatorum, quæ omnia a Capitulis Germaniæ admitti nequeunt, quin Germania fieret deterioris Conditionis, ac aliæ Nationes: itaque inferiores hi collatores vel Capitula non poterunt, ob defectum Indulti ſpecialis excludere ſuos Eminentiſſimos Archi-Epiſcopos in conferendis iſtis Beneficiis non reſervatis, qui cæteroquin etiam Sede Apoſtolica vacante indubie eadem conferunt, quando pro Sede plena Indultum habent, quod autem in præſenti nihil ad rem facit, & nihil operaretur, ſi etiam adeſſet.

VII. Curialiſtæ quidem non volunt ceſſare reſervationem per obitum Pontificis, quia

quia partitio Menſium inter Papam & Ordinarios non eſt tam ex Reg. IX. quam ex pactis Concordatorum; iſta partitio Menſium cum ſit æqualis, & taxativa, æqui bonique rationem expoſcere, ut, ſicut Pontifices non tangunt Beneficia in reliquis 6 Menſibus Ordinariorum vacantia, ita ad æqualitatem ſervandam nec iſtos falcem mittere debere in Meſſem Pontificiam, conferendo Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia inita quippe fuiſſe Concordata per viam legis perpetuæ, ac pacti perpetuo duraturi *s*). Igitur morte unius ex paciſcentibus non extingui, aſt

VIII. Eatenus ſuffragatur Epiſcopis Cardinalibus & Archi-Epiſcopis Electoribus, quatenus opus eſſet, *Indultum tacitum*, exceptio a Regula removens obſtacula reſervationum, ſiquæ forent Sede Papali vacante; Capitulis econtra ſpecialiter obſtat, quod non tractetur modo de reſervatione facienda, ſed de reſervatione jam facta, & deinde de Jure jam antea tacite ceſſo ordinariis Epiſcopis Cardinalibus vel Archi-Epiſcopo Electori, novum ſic impedimentum Capitulis nullum inducitur, quod non aderat; decedente itaque S. Pontifice, ubi Eminentiſſimi iſti jam exiſtunt in poſſeſſione conferendi, exitus Reg. IX. Cancell. Capitulis vel Inferioribus Colla-

s) Ut Gonz. *in Reg.* 8. *gl.* 25. Rigantius *Comm. in proœm. Regul. Cancell. n.* 93 & 94.

Digitized by Google

Collatoribus in præjudicium Eminentiſſimorum Ordinarium ſtante pertinentia ordinariæ Collationis nullatenus ſuffragatur.

IX. Germanis autem firma ac ſtabilis inhæret Sententia non tantum poſt trimeſtre, ſed etiam jam intra trimeſtre poſt obitum S. Pontificis nullas vigere amplius reſervationes Apoſtolicas ratione Menſium, conſequenter, quoniam Indulta ſunt tantum neceſſaria ad tollendum obſtacula, quæ hic ceſſant, poteſt Eminentiſſimus Ordinarius vacantia in Menſibus Apoſtolicis Beneficia canonice conferre, ut Sede Apoſtolica plena cum Indulto, Authoritate tum Ordinaria tum delegata; ita Sede Apoſtolica vacante ſine Indulto ſaltem eadem Authoritate ordinaria, quin hoc reliquis Ordinariis commune fiat.

X. Capitula ſeu inferiores Collatores & Ordinarii in ſuis ſex Menſibus econtra putant Regulam Cancell. in Concordatis innovatam ac repetitam penitus exire in favorem Capitulorum, & privative quoad omnes alios etiam Archi Epiſcopos vel Epiſcopos Cardinales, ceſſantibus pro Sede vacante omnibus reſervationibus, ne ſint deterioris Conditionis ac aliarum Nationum ordinarii, ad Capitula ſpectare proviſionem in omnibus Menſibus. Aſt contrarium vidimus, Archi - Epiſcopos Sedis Moguntinæ contuliſſe Sede Apoſtolica vacante, & ſic Capitula habent

Digitized by Google

habent contra ſe præjudicia, habent reſtri-
ctum quoque Jus ad ſuos Menſes, ad menſes certos & determinatos. Quod exeat Reg. IX. Cancell. etiam quatenus eſt in Concordatis repetita, non eſt præciſe in favorem Capitulorum, ſed Nationis Germaniæ, cujus Ordinarii quoque ſunt Eminentiſſimi Archi-Epiſcopi Electores Concordatorum promotores: de Capitulis aliisque Inferioribus Ordinariis expreſſe dicitur in Concordatis, poſt trimeſtre *ex tunc & non antea* de iſtiusmodi Beneficiis ratione Menſium reſervatis libere diſponere poſſe; non erit igitur gravamen Nationis, ſi Sede Papali vacante Archi-Epiſcopus Elector Moguntinus Beneficia in Menſe alias Apoſtolico conferat ſine Indulto Apoſtolico, quæ indubie conferret cum Indulto.

XI. Obſervantia, ais, conferendi Beneficia pro Sede Apoſt. vacante Archi Epiſcopis Sedis Mog. aſſerta, ubi Indultarii ſimul, non eſt extendenda ad Caſum, ubi Indulto carent: in tantum enim præſcriptum, in quantum poſſeſſum, & eatenus obſervantiæ ſunt ſtrictæ Interpretationis. Sed ponderatis omnibus in facto verificatur ſemel Archi-Epiſcopos Beneficia in Menſibus Apoſtolicis Sede etiam Apoſtolica vacante contuliſſe, non autem apparet, illos præciſe in vim Indulti ſpecialis & expreſſi eo deveniſſe; quidquid ſit præter neceſſitatem proviſos taliter Romæ poſtea ſecundam reportaſſe proviſionem, vel non reportaſſe, cum clauſula *perinde valere* ut

Digitized by Google

Barboſa de clauſulis uſu freq. clauſ. c. notat. quanquam multa ſupervacanee fiant, & ſuperflua non noceant: a nonnullis ſaltem contrarium ſcilicet ſecundam proviſionem omiſſam fuiſſe, & ommittendam eſſe fatentur Capitula.

XII. Obſervantiam pro Sede vacante in Menſibus Apoſtolicis Beneficia conferendi non eſſe adeo concludenter probatam ex parte eminentiſſimi Archi Epiſcopi Elect., eo quod ſub Eminentiſſimo Bertholdo adhuc carente Indulto ex parte Capituli Inſ. Eccl. Collegiatæ ad S Stephanum Moguntiæ *t*) intuitu Cantoriæ in Menſe Apoſtolico vacantis ad Electionem proceſſum, & electus fuit in Cantorem Hermanus *Sternberger*; inde non eſſe hujus allatæ obſervantiæ actus conformes. Verum pro collatione Eminentiſſimorum ſemper actus eſſe uniformes quoad vacantia in Menſibus alias Apoſtolicis docent allati actus poſſeſſorii militantes pro obſervantia tam affirmativa quam negativa, alios Collatores Inferiores vel Capitula non contuliſſe; Etenim nullus caſus allegabilis fuit, ex parte Capitulorum, unquam Beneficium aliquod in Menſe Apoſtolico Sede Apoſtolica vacante intra trimeſtre contuliſſe; unus enim hic caſus Electionis allatus, eſt tum pro Sede plena, uti & vacante; tum temporis enim Cantoria adhuc erat etiam Sede Papali plena in omnibus Menſibus electiva; quid inde poteris pro Capi-

t) Teſte protocollo *pag.* 37. *Anno* 1484. 16. *Sept.*

pitulo concludere, ubi inſuper non conſtat de die obitus & Electionis factæ, an Electio ſuſcepta ex parte Capituli ante vel poſt lapſum trimeſtris? utique Eminentiſſimus Bertholdus Anno ſequenti modo a Joanne de Dalberg Epiſcopo Wormatienſi in Dominica Lætare conſecratus, & ſic Indultum nondum habuit; & quid ſi habuiſſet, anne Cantoriam in omnibus Menſibus adhuc electivam & ſub reſervationibus ratione Menſium non cadentem contuliſſet? in Beneficiis itaque Menſe alias Apoſtolico vacantibus Capitula vel alii Inferiores Collatores nec ullum actum proviſionis in medium adducere potuerunt, quo ſe oſtenderent Sede Papali vacante in omnibus Menſibus eſſe Collatores ante lapſum trimeſtris, ubi tamen plures actus poſſeſſorios Sede Papali vacante & in Menſibus alias Apoſtolicis pro Eminentiſſimis Archi-Epiſcopis Sedis Mog. attulimus: Vide Würdtwein ſubſid. dipl. Tom. I. N. XVI. in f.

XIII. Archi- & Epiſcopi Germaniæ mox poſt Electionem, ante conſecrationem vel confirmationem Regalibus inveſtiendi ſunt per Concordata Calixtina: *u*) quia a) in Germania majores difficultates congregandi Concilium comprovinciale, vel Metropoliticum cum aliquot Epiſcopis, præcipue ubi Metropolita aulam vel caſtra Cæſaris adhuc ſequebatur, inde non eſt in memoria, quod Epiſ-

u) Ibi -- *Electus autem Regalia per ſceptrum a Te recipiat.*

Digitized by Google

copus in Germania prius conſecrationem, quam Regalia receperit. b) Mox ut Electus a Capitulo ſolet publice in Eccleſia præſentari Commiſſario Cæſareo, qui confert adminiſtrationem Regalium, ſolemnis vero inveſtitura dein poſt confirmationem conceditur. Imo c) ſi mora Romæ quoad confirmationem nectitur, tamen inveſtiendus eſt in Regalibus, ut fert Comitiale Concluſum 1. Octobr. 1576 in caſu Epiſcopi Verdunenſis, & Anno 1716 dum Romæ admiſſio poſtulationis in Trevirenſem Archi - Epiſcopum differebatur. *x*). d) Id quod aliis Electoribus ſæcularibus ſanguinis vel hæreditaria ſucceſſio, & providentia Majorum ratione teritorii ſæcularis tribuit, idem in principibus Eccleſiaſticis efficit Electio *y*) e) Inſpecta jam Juris communis diſpoſitione Eccleſia Epiſcopalis non dicitur vacare, niſi uſque ad Electionem ſucceſſoris, nam poſt Electionem eſt ipſò Jure conſumpta Eccleſiæ vacatio, & Epiſcopus ſtatim conſequitur ea omnia, quæ ſunt Jurisdictionis, & ſic poteſt conferre beneficia, etiamſi nondum ceperit Eccleſiæ poſſeſſionem. *z*) t) Poſterior

x) Vid. Concord. Nation. Germ. integra *Tom. II. à pag.* 18. Clar. D. Steinhauſer *in Obſervat. ad Maſcovii Caput V. Anno* 1773. *Salisburgi editis* §. *IV. n.* 15.

y) Ut *in differt. ad Concord. Germ. de Electione Archi- & Epiſcop. cap. II.* §. *XXVI. n. II.*

z) Juxta Gloſſ. *in cap. Transmiſſam* 15. *in verb. de talibus de Elect.* Barboſa, Panormit. Rota apud Pitonium *diſcept. Eccleſ. XII. n.* 9.

ſterior extravagans Bonifacii VIII. *a*) diſponit quidem, Epiſcopos, qui apud Sedem Apoſtolicam promoventur, ad commiſſas eis Eccleſias absque literis ejusdem Sedis eorum promotionem continentibus accedere vel bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem accipere non præſumant; aſt non tenet hoc in caſu, cum Promotio ad Archi-Epiſcopatum fiat in Germania via electionis; ubi poſſunt omnes Epiſcopi ceu in locis valde remotis uti in temporalibus ita in ſpiritualibus adminiſtrare *b*). Similiter reſpectu Cardinalium inapplicabilis eſt extravagans citata.

XIV. Et profecto Eccleſiæ Moguntinæ Sedes ſicut amplitudine Jurium in profanis, ita in Sacris illi competentium hodie in Germania omnium prima eſt. Germaniæ primæ Metropolim fuiſſe nemo dubitat *c*) Trevirenſis ſimiliter Eccleſia Metropolis Galliarum & Belgicæ primæ, Colonienſis Metropolis Germaniæ ſecundæ, idque jam ex diviſione profana Imperii: imo Primatis nomen tribus his Eccleſiarum Archi-Epiſcopis conceſſum fuiſſe veterum monumenta comprobant. *d*) At primatus

a) *Cap. injuncta* 1. *de Elect. inter communes.*
b) Pirrhing *tit. de Elect. n.* 27. Baumgærtner *eod.* §. 12. *in f.*
c) Conf. Horix *quaſtio inauguralis in actu promotionis de Anno* 1767. *Mog. apud de Cramer p.* 111. Wetzlariſche Nebenſtunden *pag.* 373 & 74.
d) Vid. Papebroch. *act. Ss. Tom.* 1. *Jun. ad vitam S. Norberti.* Struv. *Corp. Juris publ. cap.* 18. §. 1. *in*

matus titulum noſtris temporibus non amplius affectant hi Archipræſules, etiam Trevirenſes jam ab aliquot ſæculis hoc primatûs titulo abſtinuere. Nolim hic pluribus diſſerere, qui ſint Eminentiſſimi in Imperio, Archi Cancellarii per Germaniam per Galliam & regnum Arelatenſe per Italiam, Electores Imperatoris, Ejusdem Neven, und Churfürſten ſed qui in Eccleſia; unum ſufficiat privilegium Papale Benedicti VII. P. M. *e)* & illud Innocentii

not. 98. & §. *VII. in not.* 27. ibi de Hildeberto dicit Wittichindus, *quod ſummi Pontificatus Moguntiacæ Sedis faſtigium promeruiſſet.* Marianus Scotus ad Annum 750. *Pipinus in civitate Succeſſionum a S. Bonifacio Archi-Epiſcopo in Regem unctus regni honore ſublimatus eſt: & deinde poſt Papam ſecundus habetur Moguntinus Archi-Epiſcopus uſque in hodiernum diem.* Lambert Schaffnab. ad Annum 1054. *Imperatoris filius Heinricus conſecratus eſt in Regem Aquisgrani ab Hermanno Colonienſi Archi-Epiſcopo vix & ægre ſuper hoc impetrato conſenſu Luipoldi Archi-Epiſcopi, ad quem negotiorum regni diſpoſitio potiſſimum pertinebat.* Ad Annum 1073. *his accenſus Archi-Epiſc. Moguntinus, cui potiſſimum propter primatum Moguntinæ Sedis eligendi & conferendi Regis auctoritas deferebatur.* Adde Honthemium Hiſtor. Trevir. *Prodrom. f.* 321. & *ſeq.* Goldaſt. *tom.* I. *p.* 265. ubi ejusdem primatûs meminit Fridericus I. Imp.

e) Apud de Gudenus *in Cod. diplom.* exhibente Anecdota *ab Anno* 881 *ad MCCC. Diplom. VI.* ad Willigiſum Archi-Epiſc. Anno 975. - - - *quo in tota Germania & Gallia poſt ſummum culmen Pontificis in omnibus Eccleſiaſticis Negotiis, id eſt, in Rege conſecrando, & Synodo habenda cæteris omnibus tam Archi-*

Digitized by Google

centj III. ad Moguntinum *f*) Conſectanee verficatur in Eminentiſſimis Electoribus illud Innocentii IV. *g*) *alios, quantumcunque plenam legationem obtineant, conferendi Beneficia nullam habere poteſtatem, niſi hoc alicui ſpecialiter duxerimus indulgendum, quod in fratribus noluimus obſervari, quia ſicut honoris prærogativa lætantur, ſic Authoritate funguntur ampliori.*

XV. Poſtremo jam alibi *h*) fuſius deductum fuit, Jus Originarium ac nativum conferendi Beneficia jam antea competens, ſaltem Archi Epiſcopis Electoribus ſi non ſartum tectumque, ad minimum in Alternativa Menſium taliter quoad Menſes Apoſtolicos innovatum vel compenſatum adeo, ut Hi, quanquam alia Jura Singularia, qualia ſunt confirmare Epiſcopos ſuæ Provinciæ amiſerint, tamen Menſes hos Apoſtolicos æquivalenti commodo *tanquam ſuos* reportarint ob præſtantiam meritorum atque alia edita erga Sanctam Sedem fidei & obſervantiæ argumenta

Epiſcopis quam & Epiſcopis Apoſtolica Authoritate, ſicut juſtum & rectum eſſe videtur praemineas.

f) In Regiſtro Ep. XXII. *ſicut frequenter tibi propoſuimus viva voce, non eſt, qui poſt Romanum Pontificem vel in Eccleſia Romana vel in Imperio Romano tantum locum obtineat, quantum obtines in utroque* Struv. *l. cit. in not.* 99.

g) *In cit. cap.* 1. *de off. leg. in* 6.

h) Vid. *diſſert. Jur. publ. Eccl. ad Concord. Germ. de natura & indole eorum ut ſunt pacta Mog.* 1771. *edit. cap. IV.* §. *V. VI. & VII.* per totum.

ta *i*). Itaque Jus illud priſtinum & originarium in alio ſimili Jure ſacro vel Indulto ſtabilitum vel innovatum fuit quoad Menſes iſtos, & cum id factum ſit *per modum remunerationis*, neque ceſſant Indulta obita concedentis, neque Jus Archi-Epiſcopis Electoribus in his menſibus alias Apoſtolicis ſtabilitum per Sedis Apoſtolicæ vacantiam impeditur; igitur ſi Eminentiſſimi Archi Epiſcopi Electores hos Menſes ſemel ſuos habeant (luctuoſiſſimo enim illo tempore Concilii Baſileenſis amplioribus Pontificiæ liberalitatis favoribus ſe dignos, exhibuere) quis Eosdem jam in his Menſibus alias Apoſtolicis vacantia Beneficia conferre poſſe ex ſolo obitu S. Pontificis denegabit? quis Sede Papali vacante renovationem Indulti prætendere poterit? cum eo ipſo & ſtante lege renovationis jam favorabiliter ceſſi ſint Menſes, & Sede Papali vacante ſine renovatione ſint quaſi Archi-Epiſcopales, in quibus Eminentiſſimi Archi-Epiſcopi Elect. erga bene meritas perſonas gratiarum Authoritatis Apoſtolicæ exhibitione munifici eſſe poſſint.

i) *Cit. diſſert. cap. IV.* §. *IV. N. IV. VI. & VII.* L. B. de Schmidt *in Comm. ad proc. ſum. Bav. tom.* I. *p.* 135.

Digitized by Google